



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines


Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:


- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>




ANDOVER-HARVARD THEOLOGICAL LIBRARY
MDCCCX
CAMBRIDGE, MASSACHUSETTS



NOVUM TESTAMENTUM GRAECE.

EDIDIT C. TISCHENDORF.

EDITIO SEPTIMA CRITICA MAIOR.



Pine. Greek.

NOVUM TESTAMENTUM GRAECE.

AD ANTIQUOS TESTES DENUO RECENSUIT

APPARATUM CRITICUM OMNI STUDIO PERFECTUM

APPOSUIT

COMMENTATIONEM ISAGOGICAM

PRAETEXUIT

AENOTH. FRID. CONST. TISCHENDORF

PHIL. ET THEOL. DR. THEOL. PROF. P. O. H. ORDD. REG. SAX. ALB. IMP. RUSS. S.
STAN. CL. II. IMP. FRANCO. LEG. HON. REG. BOR. AQU. RUB. CL. III. REG. BAV. S. MICH.
CL. I. REG. SUEC. DE STELL. POL. REG. SARD. SS. MAUR. ET LAZ. REG. GRAEC. SALV.
DUC. FARM. S. LUD. EQUES. SOCIET. REG. SCIENT. UPSAL. PRO DEF. REL. CHR. MAG.
HIST. THEOL. LIPS. ORIENT. GERM. SOC.

EDITIO SEPTIMA.

PARS PRIOR.

LIPSIAE, SUMPTIBUS ADOLPHI WINTER.

1859.

2

ES
1965
1059
V.1



112,189

VIRIS SUMMIS

AMPLISSIMIS ILLUSTRISSIMIS EXCELLENTISSIMIS

FRIDER. FERDINANDO DE BEUST

ET

IOH. PAULO DE FALKENSTEIN

POTENTISSIMO REGI SAXONIAE SUMMIS REI PUBLICAE MINISTRIS ITEM
SUMMIS IN REGENDIS REBUS EVANGELICIS ECCLESIAE PATRIAE ARBITRIS
ETC. ETC.

MAGNA RERUM GESTARUM FAMA CLARIS

DE TOTA PATRIA OPTIME IAM DUDUM MERITIS ATQUE

ETIAMNUM MERENTIBUS

LABORUM SUORUM ATQUE ITINERUM

EX ANNIS VIGINTI FIDELIBUS PATRONIS

GRATA MENTE

D. D. D.

CONSTANTINUS TISCHENDORF.



Quae inde ab anno 1840. ad promovenda ea quae circa sacrum textum versantur studia suscepi, bibliothecarum quae in Europa florent celeberrimarum et monasteriorum orientalium thesauris adeundis magnaue ex parte iterum ac saepius excutiendis, ea tam prospero cum successu perficere non contigisset nisi ubique terrarum multos rei susceptae fautores eosque auctoritate magna et rara liberalitate invenissem. Iamvero haec librorum Novi Foederis editio quum non modo plurium monumentorum sacrorum quae intra hos proximos bis decem annos ex diuturnis tenebris in lucem vindicavi, sed etiam multorum eorum quae feliciter reperta curioseque tractata adhuc usque vel scriniis meis reposita manserunt vel certe nondum ad rem criticam adhibita sunt aliquam in se contineat summam, publico illam destinatae usui, ingratae mentis crimen magis veritus quam suspicionem propriae laudis a me impetrare non poteram quin iis ornata nominibus prodiret quibus, si quid in laboribus meis bonae frugis inest, illud vel maxime debeo. Qua in re nec hoc praetereundum aut parvi aestimandum videbatur, id quod usu et observatione satis expertus sum, studia ista quae sanctissimum orbis

Christiani thesaurum spectant, nullo confessionis discrimine habito augeri et adiuvari etiam ab iis qui longe diversa sequuntur, inter quos primo loco ponendi sunt qui rebus gerendis publicis ingenii vires impendunt, nisi quod etiam his anteeunt ipsi summi principes.

Feci autem itinera criticorum quos vocant laborum caussa quinque per Europam ac duo in orientales terras. Parisios bis adii ibique plus biennium egi. In Angliam propter bibliothecas quae Londini Cantabrigiae et Oxonii vigent ter me contuli, annis 1842. 1849. 1855. Sed iam ante annum 1842. doctos Batavos eorumque bibliothecas visi. Italiam obii annis 1843 et 1844., inque primis quae Romae, Florentiae, Venetiis, Mutinae, Neapoli, Mediolani, Taurini, Veronae florent bibliothecas pervestigavi. Ante quod iter Italicum veni etiam Carpentoracten, fama codicis rarissimi falsus magis quam doctus. Helvetiae bibliothecas adii annis 1843 et 1856. multumque operae posui in codicibus excutiendis antiquissimis quibus Basilea et Turicum atque Sancti Galli monasterium gaudent. In Germania patria, ut de Lipsiensi ac Dresdensi taceam, bibliothecas Monacenses, Vindobonensem, Hamburgensem, Guelferbytanam adii. Denique bis profectus sum in orientem, annis 1844 et 1853, ibique investigandorum antiquorum codicum caussa monasteria percurri quae variis Aegypti inferioris locis inveniuntur, inprimis Cahirae et in Libyae deserto prope lacus nitrosos, item quae in monte Sinaitico, Hierosolymae et ad mare mortuum sita sunt, item Patmi et in principum insulis, Constantinopoli, Athenis. Atque ita factum est ut inde a quo anno prima Novi Testamenti editio mea prodisset sex fere annorum spatium in itineribus procul a patria consumerem.

Qui vero variis modis promeruerunt de his itineribus – quorum quidem primum tam pauper suscepi ut pro paenula

quam portabam solvere non possem — eorum nomina debita semper laude prosequar.

Atque in ipsa quidem patria ii penes quos anno 1840. annisque proximis supremum rerum publicarum consilium erat, de Lindenau, de Wietersheim, de Falkenstein, atque qui tum principis Alberti heredis regni summam curam gerebat, Albertus de Langenn, primi itinerum meorum patroni exstiterunt. Ex quibus unus prae ceteris pro continuatis adhuc summis muneribus magnaue in me benevolentia ad augendos labores meos valuit. Neque minus vero is cuius nomen ex nuperis gentium turbis tanta claritate effulsit, Ferd. de Beust. Ex ipsis autem Saxoniae theologis adolescentis conatus inprimis adiuverunt Winerus venerabili memoria, Christoph. Frid. de Ammon, et qui ultimum quod scripsit programma honorificentissimum studiorum meorum monumentum esse voluit, Chr. Aenoth. Orthob. Grossmann. Ad hos accessit singulari circa me studio Dav. Schulz. Neminem vero maiore gratae mentis officio prosequendum habeo quam optimos et clementissimos principes, regem Fridericum Augustum, cuius mortem praematuram quis ex optimis civibus non deploravit? et regem Iohannem, qui ipse colendis litteris immortalem gloriam acquisivit.

Parisiis studia mea eximio favore ornarunt promoveruntque Carolus Hase illustris bibliothecae tum Regiae nunc Imperialis praefectus, multis ille nominibus clarus, Frid. Duebner qui totus in antiquis habitat, Athanas. Coquerel disertissimus ecclesiae Reformatae orator, Mignet historicus celeberrimus, Emm. de Lascases Napoleonis captivi fidelis quondam comes, Fr. Guizot tot viri summi eminentes laudibus, Alex. de Humboldt, qui quidem per hos quindecim annos nunquam suum erga me favorem remisit, denique viri generosissimi excellentissimi illustrissimi H. de Koenneritz, qui illo tempore regis Saxoniae legatione fungebatur, comes de Loewenhielm et Fagel, alter regis Sueciae et Norvagiae,

alter regis Hollandiae legatus. Absentem vero Lutetia Romam Dionysius Affre archiepiscopus venerabilis litteris benevolentissimis ipsi Pontifici Maximo commendavit.

Itineris aestate anni 1841. ad Batavos suscepti iucundissimam semper memoriam servabo pro magnis circa me officiis tot virorum et doctrinae et fidei laude clarorum. Prae ceteris nomino Iac. Geel, quo docta Hollandia nihil carius habet. Praeterea bene de me theologi Batavi eo meruerunt quod primi labores meos in emendando sacro textu positos eximio favore prosecuti sunt.

Item magnas gratias solvere debeo iis qui librorum scriptorum copiis praeerant quum Londini et Oxonii, tum Cantabrigiae, quam anno 1842. cum commendatione ductus de Sussex adii. Inde igitur vehementer sibi me obstrinxerunt, ut hos prae reliquis nominem, Guilielm. Cureton, magni ille quidem nominis, Henric. O. Coxe, eruditionis laude florentissimus, Iac. Smith, Jos. Edleston. Favebat mihi etiam Chr. C. I. de Bunsen, vir inter legatos facile eruditissimus.

Ex Helvetico itinere priore nomina carissima habeo De Wettii, qui per totum mensem quotidiano usu me delectavit omnique modo studia mea adiuvit, I. G. Muellieri, C. L. Rothii, virique liberalissimi Genevensis G. Favre Bertrand. Quum vero iterum perlustrabam Helvetiam, de laboribus meis egregie meruerunt bibliothecis Turicensi et Sangallensi praepositi, Horner et Henne, viri clarissimi.

Romam petentem commendationes Iohannis clementissimi Saxoniae principis comitatae sunt. Inde factum est ut etiam domina augustissima Ludovica Saxoniae princeps studia mea insigni gratia dignaretur. Ibidem optime de me meruerunt vir excellentissimus Kestner, clarus ille artium liberalium patronus, cardinales eminentissimi Mezzofante, Corsi, Mai, bibliothecae Vaticanae praefecti Laureani et Molza. Praeterea nullus dubito quin Gregorius XVI. P. M.,

qui et ipse, ut mihi maxima cum comitate narravit, ante plures annos de emendando Hebraeo bibliorum textu consilia iniri iusserat, codici Vaticano celeberrimo per me publicando nullo modo obstaturus fuisset, si quod volebat non displicisset Lambruschino.

Venetiae Bedio senex, quo nihil suavius esse poterat, labores meos egregie iuivit. Mediolani gratias maximas debeo Catenae et Gatti bibliothecariis, comiti eruditissimo Castiglione et Seyfferheld negotiatori, cuius frater Francofurtensis, tanta ille circa res sacras Protestantium liberalitate clarus, subsidia ad iter orientale misit; item Mutinae comiti Ioh. Galvani; item Veronae comiti Orti Manara.

Taurini praeter alios celeberrimus Peyron studiis meis profuit; ipse vero rex Carolus Albertus non dedignatus est litteris commendaticiiis itineri meo orientali prospicere.

Florentiae clarissimi bibliothecae custodes, del Furia pater et filius, de me promeruerunt; summum vero rerum mearum patronum nactus sum magnum ducem Leopoldum, dignum gloria Medicaeorum principum.

In Aegypto anno 1844. praee aliis singulariter de me meriti sunt Pruner-Bey medicus, homo mirificus, et vir illustrissimus de Laurin. Sinaitici vero itineris memoriam nunquam possum repetere quin Cyrilli monachi rara eruditione et benevolentia insignis grata mente recorder. Post vero et Palaestinam et Syriam et Asiam minorem transeuntem, Constantinopoli quoque et Athenis degentem, atque etiam anno 1853. iter orientale repetentem viri multi vel amplissimis legationibus et quos dicunt consulatibus fungentes vel litteris colendis promovendisque clari officiis beneficiisque persecuti sunt, quorum grato animo meminisse nunquam desinam.

Restat ut de itineribus per Germaniam factis dicam. Ac Monaci quidem laboribus meis faverunt bibliothecarii meritisissimi Harter, Krabinger, Föringer, item Frid. de Thiersch celeberrimus; Guelferbyti et Hamburgi viri clarissimi Schoene-

mann et Petersen; Vindobonae viri illustres de Eichenfeld et Ios. Birk.

Istis igitur omnibus itinerum meorum et studiorum patronis et fautoribus aliquam certe gratiam referre mihi videbar si huic operi, cuius curis magnam vitae partem consecravi, hoc gratiae memoriae testimonium praeponerem. Comparatis autem quos ubique terrarum invenire contigit fautorum atque amicorum studio ac favore cum adversariorum indefessa invidia obtrectationibus et machinationibus, mala bonis mirabiliter compensata sentio. Illud vero Deum T. O. M. oro, ut quae ad veritatem sacri textus inveniendam stabilendamque pro virium mearum mediocritate ipsiusque in me gratia conferre conatus sum, ea in veram orbis Christiani salutem cedere iubeat.

Scribebam Lipsiae die dominica post festum S. Trinitatis vicesima a. 1858.

PROLEGOMENA.

Septima ¹⁾ haec mea Novi Testamenti editio tantopere aucta emendata relecta prodit ut novum opus dici queat. Data enim est opera ut prioribus editionibus omnibus quum meis tum aliorum superior prodeat non tantum incrementis apparatus critici sed ipsa ratione ac via. Quam ad adornandam quae a me praestita sunt statim breviter exponam, providens ne plus arrogare mihi videar quam par est, neve magis ignorantium insolentia aut malevolorum perfidia ea quae indefessis studiis assecutus sum temere eludat. Est enim ratio horum operum eiusmodi, ut impudentia fraudis speciem doctrinae ac laboris prae se ferat, imperitorum arrogantia imperitos credulosque facile fallat, nec facile nisi qui ipse in eadem re totus habitat, ab usitatis nova, erronea a veris, levia a gravibus recte distinguere possit. Consentaneum autem est separatim perscribere primum quae ad apparatus criticum, tum quae ad recensionem textus faciunt. Rursus in apparatus critico distinguenda sunt quattuor haec: codices Graeci, versiones antiquae, scriptores ecclesiastici, editiones.

Primum igitur dicam quae ad codices Graecos pertinent.

Detecti mea opera et ex orientis latebris ad nos allati sunt **Ι** (fragmenta ex evangelis, actibus, epistulis, maximam partem saeculi V. et VI.) **Θ** (fragmenta pauca evangelii Matthaei saec. VII.) **Γ** (Luc. integer et Marc. fere integer cum fragmentis Matthaei et Iohannis saec. IX.) **Λ** (Luc. et Ioh.

1) Indicem editionum mearum vide infra.

integri saec. VIII.). Item fragmentum epistolae ad Hebr. IX. fere saeculi (tisch. 6. f.) et, cuius quidem pauca tantum infra dedimus specimina, evangeliarium palimpsestum saec. fere eiusdem. Accedunt codices minusculis litteris scripti duo, alter quattuor evangeliorum saeculi X., quo passim tantum usi sumus, alter saec. XI. medii cum maxima actuum parte mirabili textus bonitate.²⁾

Edidi autem utpote totos mea manu ex vetustis membranis transcriptos c (codicem Ephraemi Syri palimpsestum Parisiensem cum maiore totius Novi Testamenti parte) d (codicem Claromontanum Graecum et Latinum omnium Pauli epistularum quattuordecim Parisiis servatum) l (codicem evangeliorum quattuor Parisiensem) i (fragmenta palimpsesta evangeliorum actuum epistularum nunc Petropolitana) r (codicem evangelii Lucae palimpsestum Londinensem) m (fragmenta epistularum ad Corinthios et ad Hebraeos partim Hamburgi partim Londini servata) v (codicem apocalypsis Vaticanum, transcriptione vetita ex collatione editum) n (fragmenta evangeliorum partim Londini partim Vindobonae partim Romae servata), item, quibus pauciora textus sacri inprimis evangelici fragmenta continentur, r^a et w^a Parisiensia, n^b Londinense, o^a Guelferbytanum, θ nunc Lipsiense, v Vaticanum, item evangelistariorum duorum fragmenta palimpsesta, altera Venetiis (ven) altera Romae in bibl. Barberina (barb) inventa.

Pariter totos transscripsi et plerosque propediem ex schedis meis editurus sum: utrumque codicem evangeliorum

2) Veteris Testamenti codices Graecos in itineribus orientalibus deteximus atque attulimus hos et antiquissimos et gravissimos: codicem Friderico-Augustanum saeculi IV. (complectitur 1 Chron. 11, 22—19, 17. 2 Esdr. 9, 9 usq. finem, Nehemiae et Estherae libros totos, Tob. 1, 1—2, 2. Ierem. 10, 25—52, 34. Thren. 1, 1 usq. 2, 20. Adde Ies. 66, 12—24. Ierem. 1, 1—7.), codicem Numerorum palimpsestum saec. V vel VI., codicem Genesis maiorem libri partem continentem saec. VIII., codicem palimps. saec. VII. cum fragmentis Numerorum Deuteronomii Iosuae Iudicum, codd. palimps. duo eiusdem saec. cum Iesaiiae et librorum Regum fragmentis, fragmenta pauca psalterii saec. IV vel V., codicem Iudicum et libri Ruth integrum saec. IX.

palimpsestum Guelferbytanum (P et Q: imperfectissime enim edidit Knittel), codicem Graecum et Latinum actorum Oxoniensem (E: iam ed. Hearn, sed non satis recte), fragmenta aliquot evangeliorum Sangallensia (w^c), hymnos evangelii Lucae Turicenses (o^d), codicem evangeliorum Campianum Parisiensem (M), fragmenta epistularum Paulinarum Coisluniana (N: poterunt paullo rectius edi quam edidit Montefalconius). Praeter hos contuli accuratissime, nulla re de consilio neglecta, nisi quod in talibus nil praetermittere et nusquam falli difficillimum est: B evangeliorum codicem Basileensem, F epistularum quondam Augiensem nunc Cantabrigiensem (licebat vero notationes meas ex foliis editionis ab eruditissimo Scrivener susceptae confirmare atque corrigere), G evangeliorum Londinensem, H evangeliorum Hamburgensem et I actorum Mutinensem, K evangeliorum quondam Cyprium nunc Parisiensem, L actorum et epistularum Romanum, U evangeliorum Venetum, X evangeliorum Monacensem, Γ et Λ evangeliorum Oxonienses, item w^b i. e. fragmenta pauca evangelii Lucae palimpsesta Neapolitana, o^b Bodlejanum et o^a Sangallensem hymnos evangelii Lucae spectantes, denique multos locos evangelii Carpentoractensis. Ceterum ad aliquot collationes meas post etiam valuit Tregellii industria, ad id ipsum Lipsiam profecti ut mea cum suis conferret.

Quibus ex laboribus omnibus quantum lucri apparatus criticus fecerit, breviter erit indicandum. Praeter ea enim quae ipsi deteximus documenta, primum a me in usum criticum conversa sunt B N^b O^a et B O^d et E W^b et C, item maxima ex parte F^a, item evangelia Venetum et Carpentoractense. Codex C, quem auctoritate unus B superat, antea tantum latuerat ut Caroli Lachmanni opus ex editione mea plus millies vel corrigendum vel augendum, atque ipse quem constituit textus fere centies mutandus esset. B testis apocalypsis, quem duo tantum alii aetate antecedunt, paucis locis antea inspectus potius quam collatus erat. Plurima desiderabantur in evangeliorum codicibus EHKMNPQUW^aY, in H codice actorum, in DF epistularum codicibus, in L codice actuum et epistularum.

Item permulta deerant in lectionibus ex codicibus evangeliorum GLX notatis; nonnihil etiam ad rectiorem cognitionem codicum dudum editorum ε in actis et η in epistulis conferendum erat; ex Barberino vero evangeliaro paucissimae tantum lectiones innotuerant.

Sed pergendum est ad reliquos codices nostros principales. Dudum iam editi sunt A Londinensis et D evangeliorum atque actuum Cantabrigiensis, G epistularum ex Boerneriano Dresdensis, T evangelii Iohannis Borgianus, ex viginti annis etiam Δ evangeliorum Sangallensis. Hos codices non modo omnes ipse percurrere examinavi, palaeographicae maxime rationis causa; sed etiam diligentius quam ante factum erat ex editionibus ad imitationem ipsorum librorum scriptorum factis lectiones hausimus ad complendum commentarium criticum. Sangallensis quidem liber antea editorem Novi Testamenti qui adhiberet nondum invenerat. Neque magis hymnorum textus ex psalterio Veronensi petitus (0°). Latuerunt etiam criticos fragmenta Graeca evangeliorum Lucae et Iohannis ea quae in Woidianis fragmentis Sahidicis locum habent. In codicibus Mosquensibus V evangeliorum et K epistularum, item in N° et O, quorum alter pauca epistolae ad Hebraeos alter evangelii Iohannis fragmenta continet, certe hoc fecimus ut accuratius Griesbachio et Scholzio singulas lectiones ex opere Matthaeiano transferremus. Idem ad S evangeliorum pertinet, cuius lectiones ubique ex ipso Birchio allatae sunt. Ad editionem fragmentorum evangelii Matthaei palimpsestorum Dublinensium (Z) accesserunt notae de locis aliquot dubiis a clarissimo bibliothecario Todd ad me missae. De ε epistularum codice olim Sangermanensi iam Petropolitano vide post. Denique vero non minimum nostrae editioni ornamentum ex codice B celeberrimo Vaticano paratum est. Quem ad repraesentandum non modo, ut iam anno 1849. factum est, collationes Bartoloccianam, Birchianam, Bentlejanam cum notis aliquot meis ad ipsum codicem factis adhibui, sed etiam praeter notas multas prioribus evangeliiis sub prelo versantibus amicorum manu Roma ad me missas nuperrimam Ang. Maii editionem. Praeterea quoque anno 1855. Cantabrigiae commoranti praeter

omnem spem contigit ut alteram illam Bentleii collationem eamque etiamnum gravissimam, quam dudum C. Lachmannus atque anno 1856. etiam S. P. Tregelles deperditam conquesti sunt, non sine ope viri clarissimi meique amantissimi J. Edleston, a diuturna oblivione vindicarem. Sed haec accuratius post videbimus.

Atque haec quidem de codd. Graecis uncialibus. Sed etiam in testimoniis ex codicibus minusculis petendis multum a me studii positum est. Nec enim tantum editiones Novi Testamenti apparatu critico instructas Wetstenii, Matthaeii, Griesbachii et Schulzii, Scholzii, apocalypsin quoque Tregellii diligenter consului, qua in re ex Matthaeio potissimum multa quae alii neglexerant adsumpta sunt, verum etiam ex collationibus Birchii, Alteri, Dermoutii, Rinckii, Fleckii, Reichii, Muralti passim auctus est apparatus noster criticus. Habui etiam commodum hoc, quod illo editionis Wetstenianae exemplari uti licebat, in quo Griesbachii manu aliquot codicum minusculorum insigniores lectiones notatae sunt. Plurimum vero hoc in genere editioni nostrae profuit collatio viginti fere codicum Anglicorum ad evangeliorum textum a clarissimo F. H. Scrivener instituta. Praeterea rursus hoc loco facienda est mentio codicum duorum in oriente a nobis reperorum, quorum alterum quidem evangelia continentem passim tantum exscripsi, alterum vero testem textus actorum maxime insignem ubique et diligenter excussi.

Altero loco de antiquis interpretationibus referendum est. Inter has maximam curam impendi versionibus Latinis quam Vulgatae quam dicunt rationis tum Italiae, quibus quidem plures ob causas prae ceteris omnibus magna est in restituendo ipsorum apostolorum textu auctoritas. Atque ex Italis quidem documentis non satis habui aliquot prae ceteris deligere dubia laude ornata, sed quicquid eorum aetatem tulit religiose in rem criticam converti. Iam vero ex celeberrimis Blanchini et Sabatarii operibus petere licebat lectiones codicum Vercellensis (a), Veronensis (b), Colbertini (c), Brixiani (f), utriusque Corbejensis (ff^{1.} et ^{2.}) et Germanensis utriusque (g^{1.} et ^{2.}), item ex Alteri transcriptione codicem

Vindobonensem (i), Rhedigeranum Vratislaviensem (l) ex annotationibus Davidis Schulz, Vaticanum olim Claromontanum (h) ex editione Angeli Maii: qui quidem omnes evangeliorum textum spectant: item Cantabrigiensem (d) ad evangelia et actus ex Kiplingii opere, Boernerianum (g) Dresdensem ad epistulas Pauli ex ipsius codicis editione Matthaeiana, Corbejensem (ff) ad Iacobi epistolam ex Iohanne Martianay: ex quarum lectionum copiis, etsi iam dudum criticis patebant, permulta nunc ad apparatus criticum accesserunt, quemadmodum is apud Griesbachium et Schulzium, apud Scholzium, apud Lachmannum habetur. Egregie quoque ac per totum fere Novum Testamentum auctus est idem lectionibus ex antiquissimo Speculi quod Augustini creditur codice ab Angelo Maio exscriptis (m), quibus nemo dum criticorum ante nos usus est. Nec praetereundus est Latinus epistularum textus codicis Augiensis (f), cuius lectiones pleraeque Boernerianis cognatae clar. Scriveneri libro propediem prodituro sed mecum iam communicato debentur. Ipsos vero codices Italos adii hos: 1. Claromontanum epistularum Pauli (d), qui cum Graeco eiusdem codicis textu a me editus est, correctis permultis Sabatarii erroribus, 2. codicem actuum Laudianum (e), quem paullo emendatus Hearnio et Sabatario Oxonii transscripsi, 3. fragmenta epistolae ad Romanos Guelferbytana (gu), ex Ulfilae foliis rescriptis rectius Knittelio edita in *Anecdotis meis*, 4. fragmenta evangeliorum Matthaei et Marci antiquissima olim Bobbiensia nunc Taurinensia (k), quae ante me ineptissime Fleckius ediderat. Denique nostra demum opera ad apparatus transiere: 1. codex evangeliorum Palatinus sive Vindobonensis (e), quinto fere saeculo scriptus; 2. evangeliorum codex Monacensis (q) sexto fere saeculo scriptus; 3. fragmenta evangelii Marci Sangallensia (n) saeculi fere quinti, item 4. Monacensia epistularum Pauli (r) eiusdem quinti ut videtur saeculi; 5. extremi versus evangelii Marci (o) ex codice Sangallensi septimi vel octavi saeculi; 6. fragmentum evangelii Iohannis (p) ex alio simili codice Sangallensi, cuius quidem lectiones sub textu praetermissas in prolegomenis suppleendas curavi. Septimo loco accedunt fragmenta aliquot

actuum et duarum epistularum catholicarum ex codice palimpsesto Vindobonae eruta (s).

Quibus Italicis Latini textus testibus etsi et aetate et auctoritate cedunt, tamen utraque ratione prope accedunt antiquissimi nostri Vulgatae codices. Huius generis plus viginti eosque millenarios omnes ad apparatus adhibui. Quorum ut plures ex Sabatarii Bibliis Latinis, ex Evangeliariorum Quadruplici Blanchini atque eiusdem Vindictis canonicarum scripturarum, ex Griesbachii Symbolis criticis, ex editione Novi Testamenti Matthaeiana, ex libellis Sancti et Dobrowskii, ex annotationibus Alteri et Lachmanni excerpti, quae res non parvi negotii erat: ita alii a meis maxime studiis pendent. Eminent inter hos Amiatinus codex, quem post imperfectissimam Fleckii collationem - errores enim eius, quorum plurimos etiam Lachmannus fideliter transcripsit, numerum millenarium excedunt - diligentissime pertractavi Florentiae atque post edidi. Praeterea passim adhibui codices tres: unum Parisiensem sexti fere saeculi, alterum Taurinensem septimi, tertium utroque antiquiorem Guelferbytanum. His vero multo plus utilitatis habebant Sangallensis liber antiquissimus et Ingolstadiensis Monaci a me excussus. Itaque factum est ut testimonia Latini textus antiquissimi, quemadmodum ex ipsis codicibus hauriri possunt, nunquam ante simili modo ad rem criticam sint adhibita. De patribus vero Latinis vide infra.

Transeo ad ceteras versiones. Etiam his temporis ac laboris plurimum impendi. Syriacam Simplicem a Schaafio editam per omnes Novi Testamenti libros contuli; item posteriorem, quae dici solet, tribus voluminibus a Iohanne White exhibitam. Neque neglexi quae docuit Adlerus de codicibus Philoxenianae Assemanianis deque Syro Hierosolymitano. Magnum vero decus editioni nostrae viri S. Ven. Guiljelmi Cureton diligentia et amicitia eo paravit quod biennio antequam in publicum ederet mecum communicavit translationem suam vetustissimi evangeliorum codicis Nitriensis, quo quidem teste Syrae lectionis gravissimo per omnia fragmenta usus sum diligenter. De codd. Syr. a me repertis vide infra.

In Aegyptiacis consulendis textibus ita versatus sum

ut Copticum sive Memphiticum evangeliorum textum una cum Sahidicis et Basmuricis evangeliorum fragmentis ex editione sumerem Schwartzii, ad actus vero epistulas apocalypsin Coptica a Wilkinsio edita conferrem, itemque Sahidica fragmenta uberrima illa quidem ex magno opere Woidii, consulto insuper ad locos nonnullos Münteri libello, et Basmurica ex Engelbrethi excerptis haurirem.

Armenica inprimis e Scholzio haurire debebam, qui quidem in usum Novi Testamenti sui editionem Venetam denuo ab hominibus eius rei maxime gnaris collatam dicit; pauca etiam in Wetstenio Griesbachii notata inveni; nonnihil in Prolegg. supplevi ex Alteri circa lectiones Armenas et Georgianas animadversionibus. Praeterea in epistula ad Philemonem locupletissimum cl. Petermanni commentarium ex Armenica et Iberica, item ex Arabibus testibus pluribus aliisque confectum, ut par erat, adhibui.

In Arabicis ad manus habui Biblia Polyglotta Londinensia; Erpenii vero lectionem non raro suppedabat exemplar Millii notis plurimis C. Bened. Michaelis linguarum orientalium peritissimi insigne. Ad quae accedunt Scholzii notae ex Vaticano libro. Praeterea cl. Gildemeister in usum meum contulit epistolam ad Colassenses, quemadmodum legitur in fragmentis Tischendorffianis Lipsiensibus, quorum auctor totus a Copto pendebat. Aliquoties etiam adscripsi lectiones codicis epistularum Pauli nuper Petropolin translati et aetate et origine maxime insignis. Qua de re accuratius infra.

Aethiopicam lectionem non tantum quemadmodum Chr. Aug. Bode interpretatus est consului, sed iis etiam usus sum quae pro magna sua in me benevolentia cl. Gildemeister ex nupera editione Thomae Pell Platt ad maximam Novi Testamenti partem excerptis.

Quibus ab orientalibus interpretibus ad occidentem revertimus. Restat enim ut de Gothica interpretatione dicamus, item de Slavonica, Anglosaxonica, Francica. Et Gothicam quidem, in qua non mediocri rei criticae momentum est, potissimum ex diligentissimo virorum cl. de Gabelentz et Loebe per totum Novum Testamentum exhibui. Slavonicas

lectiones a Dobrowskio cum Griesbachio communicatas accurate in librum meum transtuli, consultis insuper quae Ed. de Muralto adnotavit. Etiam Anglosaxonicam, ubi ex re videbatur, adscripsi lectionem, adhibita nupera Benj. Thorpe editione; nec magis Francicam evangelii Matthaei versionem, studio Andreae Schmeller publicatam, cum editoribus prioribus praetereundam censi.

Tertio loco referendum de iis est quae circa patrum scriptorumque ecclesiasticorum libros in rem convertendos criticam in hac editione praestita sunt. Patebat hic immensus laborum campus, quem etsi mihi totum emetiri minime licebat, tamen non potui quin multa quae inprimis vim habere videbantur ad negotium criticum adiuvandum omnium studio susciperem. Propterea quaecumque textus sacri testimonia ex tribus primis saeculis supersunt ex ipsis fontibus hausi. Pertinent huc patrum apostolicorum opera, unde paullo saepius reliquis afferenda erat Polycarpi epistula. Cum Ignatio etiam interpolatas eius epistulas excussi, cum Clemente Romano etiam quae eius nomine circumferuntur Homiliae. Quibuscum quae nostra certe in causa satis cohaerent adhibui, ex evangelio Hebraeorum vel Ebionitarum vel Nazaraeorum a veteribus exscripta. Iustini non raro, in evangelio potissimum Matthaei, habita est ratio; sed nec ea neglexi quae eius nomini adscripta sunt, ut expositio rectae fidei, epistula ad Zenam, quaestiones et responsiones ad orthodoxos, quo libro saepe usus sum, item epistula ad Diognetum. Iustino aetate proximus est Marcion. Eius quicquid apud Epiphanium et Tertullianum aliosque esse perhibetur, id omne diligentissime perquisivi, unde commentarius ad Lucae evangelium ac plures Pauli epistulas magnopere locupletatus est. Cum Marcione componere licebit gnosticos eos multos, quorum reliquias patres nobis servarunt, ut Theodoti Antitactarum aliorumque Clementis, Heracleonis Origenes, Ptolemaei Carpocratis Encratarum aliorumque Epiphanius, Valentianorum Marciorum aliorumque Irenaeus, Valentini Naassenorum Apellis Basilidis Docetarum Peratarum aliorumque Hippolytus in Philosophumenis nuper repertis, ut praetereamus similia:

ex istis vero omnibus incrementa apparatus nostri petita sunt. Pertinet huc etiam Valentini ut videtur Pistis Sophia, liber Sahidice scriptus. Item rationem habere placuit idoneis locis protevangeliū quod dicitur Iacobi, evangeliū Pseudothomae, actorum quae feruntur Pilati. A quibus apocrypharum litterarum luminibus ad ipsos patres redeunti, praeter eos qui raro adhiberi poterant, ut Athenagoras, Theophilus, Petrus Alexandrinus, Gregorius Thaumaturgus, commemorandi sunt Irenaeus, quem quidem paucis exceptis ex veterrimo tantum interprete Latino novimus, Clemens Alexandrinus, Origenes, Hippolytus, Dialogus contra Marcionitas, Constitutiones quae dicuntur Apostolicae, Methodius. Ex his omnibus testimoniorum multo plura eaque ipsa curiose delecta in hanc editionem collata sunt quam in aliam ullam priorem.

Nec vero primis tribus saeculis acquiescendum videbatur, etsi immensam messem prae reliquis cum Clemente et Irenaeo praebebat Origenes, cuius etiam interpretem, a Lachmanno plane neglectum nec a Griesbachio in Symbolis criticis excerptum, persaepe consului. Perrectum igitur est studiis nostris ad patres quarti et quinti saeculi, quorum ex numero imprimis nominandi sunt Eusebius, Didymus, Athanasius, Epiphanius, Basilius. Eusebius, cuius demonstrationem evangelicam, pro multitudine locorum sacrorum ibi adscriptorum primo loco ponendam, libros contra Marcellum cum tot ipsius Marcelli locis, historiam ecclesiasticam, commentarios in psalmos et in Esaiam (et in Lucam apud A. Maium), eclogas propheticas, fragmenta permulta ab Angelo Maio edita, in quibus etiam sunt quaestiones evangelicae ad Stephanum et ad Marinum, saepissime magnoque cum fructu adhibui et quem mallet nusquam a me neglectum, gravis etiam eo est quod scriptorum antiquiorum multa fragmenta servavit eaque passim usus critici. Huiusmodi in mentem veniunt Polycrates, Apollonius, Iulius Africanus, epistula ecclesiae Viennensis et Lugdunensis, Phileas, Dionysius Alexandrinus. Sed etiam reliqui quattuor quos indicavimus plurima praebuerunt a prioribus editoribus neglecta. Et Epiphanius quidem difficilem usum propterea

habuit quod, cum editionis Petavianae index indicet paucissima, per omnes fere paginas examinandus erat; in Didymo vero multum profuit Guerikii liber de schola Alexandrina catechetica. Iam sequuntur triumviri, „versati nocturna manu versati diurna,“ Chrysostomus, Cyrillus Alexandrinus, Theodoretus, quorum nomina aliquot locorum millibus adscribenda erant. Ad Chrysostomum subsidium gravissimum nactus sum ex codice saeculi sexti septemdecim homilias in Matthaeum continente, quem transscripsi Guelferbyti; praeterea etiam codicum Mosquensium plerumque ratio est habita. Cyrillum autem Alexandrinum magno cum studio eo libentius excussi quum ex commentariis eius in Iohannis evangelium, quae ad verbum percensebam, satis intellexissem textum scriptorum eius non male ad nos pervenisse. Etiam alterius Cyrilli, episcopi Hierosolymitani, opus cateheticum perlustravi totum. Item Theodori Mopvesteni fragmenta ex catenis collecta, item locis multis Chronicon paschale; item Iohannis Damasceni plura, maxime commentarios in Pauli epistulas et quae in parallelis sacris ad easdem spectant; item maxime ad apostolorum actus et epistulas catholicas, propter antiquiorum testimoniorum paucitatem, Theophylactum (in actis ex duplici textu aë triplici) et Oecumenium; item ad evangelia Euthymium. Ad evangelium Iohannis singulari studio Nonni metaphrasin adhibui; item ad apocalypsin Andreae et Arethae commentaria, quorum priora quidem non tantum ex duobus codicibus dudum excussis, sed etiam ex insigni codice Coisliniano a me ipso Parisiis pertractato dedi. Ad Aretham vero dudum editum addere licebat ea quae recenti memoria Crameri industria in catena exhibuit.

Potiora igitur haec quidem ex meis circa patres Graecos laboribus. Ex iis autem qui passim tantum adhibiti sunt, sive ipsi pauca reliquerunt sive rarius scripta eorum a me consulta sunt, notabiliores saeculorum trium priorum iam supra commemoravimus; addendi vero sunt alii permulti, quorum satis habemus nominasse hos: Amphiloichium, Anastasium Sinaitam, Caesarium, Cosmam, Ephraim Syrum ex veteri interprete Graeco, Euthalium, Eutherium, Leontium Byzantinum, Mar-

cum Diadochum, Marcum Monachum, Maximum, Confessorem, Gregorium Nyssenum, Philonen Carpasium, Photium, Theodotum Ancyranum, Titum Bostrensem.

Denique huc pertinent quae ex catenis peti poterant subsidia critica. Quo in litterarum genere catenae in omnes Novi Testamenti libros eminent quae debentur nuperis curis I. A. Cramer, viri studiosissimi ac meritissimi, quem praematara morte ereptum sibi Oxonium doctum lugebat. Octo volumina quae foras dedit, non pari illa quidem pretio, excussimus omnia, consultis insuper catenis quas dudum Possinus et Nicephorus recentique memoria A. Maius publicarunt. Prodeunt ex illis libris in commentario nostro praeter alios iam notatos, in quibus primum locum tenet Origenes propter fragmenta praestantissima commentarii dudum deperditi in epistolam ad Ephesios, Acacius, Ammonius, Apollinaris, Asterius, Diodorus, Gennadius, Hesychius Hierosolymitanus, Iohannes Geometer et Olympiodorus (uterque ex A. Maio), Procopius (potissimum ex Nicephori libris), Severianus, Victor, aliique.¹⁾

In Latinis testimoniis exscribendis semper atque imprimis usus sum celeberrimo Sabatarii opere, indeque permulta in hanc editionem adsumpta sunt quae priores editores praeterierant; tamen non prorsus abstinui a consulendis ipsorum patrum editionibus. Praeter Irenaei enim interpretem, quem ubique ex nuperrima editione Lipsiensi hausi, et Origenis interpretem, quem certe saepe contuli, passim a me allati sunt ex ipsorum operibus, Sabatario vel tacente vel non satisfaciente, Cyprianus, Lucifer, Hilarius, Augustinus, Hieronymus, Ambrosius et Ambrosiaster, item Latine versi Archelaus et Iacobus Nisibenus - ut praeteream h. l. Didymi interpretem, Athanasii aliorumque -, item per actorum maxime textum Beda, item ex magna Gallandii collectione auctor libri de rebaptismate, auctor libri ad Novatianum, Caesarinus Arelatensis, Faustinus, Novatianus, Orosius, Orsiesius, Pacianus,

¹⁾ Praeterea vide infra catalogum patrum Graecorum ubi cum editiones a me usurpatae tum alia quae huc pertinent notabuntur; item supplementa apparatus critici cum emendandis.

Salvianus alique. Imprimis vero locupletare apparatus criticum contigit ex egregiis Victorini commentariis in epistulas ad Galatas, ad Philippenses, ad Ephesios, ab Angelo Maio primum editis, ad quae accedunt eiusdem ad apocalypsin adnotationes apud Gallandium; item ex fragmentis textus Itali quae antiquissimus tractatus ad priora Lucae capita praebuit, ex codice Ambrosiano rescripto ab Angelo Maio erutus.

Ceterum in adnotationibus patristicis saepe, inprimis in altera libri parte, loci ipsi ad quos respicitur accuratius indicati sunt. Hoc ibi maxime necessarium videbatur ubi editiones bono indice carent, ut in Epiphanio, in Cyrillo Alexandrino, non item in Clemente, Origene, Irenaeo aliisque. Abstinendum etiam omnino erat indicationibus eiusmodi ubi commentarii ex singulorum ordine exscribuntur, ut Cyrilli in Iohannem, Chrysostomi, Theodoreti, Iohannis Damasceni, Theophylacti. Saepe vero ipsa verba antiquorum, ubi singularem gravitatem habent, adscribenda curavi, id quod utentibus non ingratum fore arbitror.

Quarto loco dicendum de editionibus. Elzevirianam anni 1624. et tertiam Roberti Stephani anni 1550. (passim etiam Millii, Wetstenii), item Griesbachianam Davidis Schulzii curis auctam, Scholzii, Lachmanni (editionem maiorem, passim minoris ratione habita) ubique notavi. Atque simul, ut iam ante feceram, lectiones omnes Griesbachio magis minusve suspectas vel commendatas exhibui, additis insuper passim iis quae docta manus Davidis Schulzii adnotavit.

Atque haec quidem de incrementis apparatus critici ex quattuor laborum generibus, quibus facile patebit ad perfectionem eum omnibus similibus operibus longe maiorem perductum esse. Tamen minime ignoro quam multa etiamnum desint ut perfectus atque absolutus omnibus numeris sit; neque dubito quin passim subreperint errores, sive ipsi minus attendimus sive typorum specimina non satis curata sunt. Hos quam aegre feramus, non opus est iis dicamus qui ipsi severis studiis delectantur. Maximum vero ac singulare in commentario isto novo momentum hoc habet, quod non modo ad

omnes lectiones in textum receptas qua nituntur auctoritate notatum est, sed etiam aliorum (Griesbachii, Lachmanni) lectionibus ipsisque Elzevirianis testes sunt appositi. Ita demum vitari ac praecaveri videntur frequentissimi circa testes errores, qui apud plerosque commentariorum auctores invaluerunt. Orti enim inde sunt quod ex Wetstenii, Griesbachii, Scholzii ratione auctoritates veteres non adscribebantur nisi lectionibus ab Elzeviriana diversis. Cui malo nec maiore Lachmanni editione satis subventum erat, ex qua, quum ad repraesentandum antiquum „orientalem“ textum testes tantum paucissimi iique non sine arbitrio delecti adhiberentur, ut imperfectam editoris circa testes suos scientiam praeteream, magnus rursus plerumque error ortus est, ac si qui orientalem constituebant Lachmanni textum, iidem ullo modo satisfacere possent de vero apostolorum textu quaerenti idque circumspecte et cum religione facienti. Neque vero acquiescendum videbatur in apponendis testimoniis ad lectiones quum nostras tum aliis editoribus iisque magni nominis probatas, sed quicquid ab ipsorum auctoritate testium aliquam commendationem habet, vel, ut quod volo definitius significem, lectiones omnes in uncialibus codicibus inventas, et si quae etiam invitis illis sive propria ratione sive reliquarum auctoritatum consensione aliqua praestant, in apparatu exhibendi consilium et cura erat. Consilium diximus et curam: in negotio enim tam late patenti tamque difficili aliquid passim praetermissum esse, quamvis iam in Prolegomenis supplementa contineantur et emendanda, vix dubito. Neque id quod dixi tantum ambitum habet ut etiam manifestos errores quoslibet¹⁾, quorum numero minime formas liberioris legis grammaticae complectimur, aut quae

¹⁾ Eiusmodi sunt *μια ψυχης συναθλοντες* Phil. 1, 27. in *πσ*, *και ημωσ προ και ημων* ut in *Δ* editum est 2. Thess. 2, 1. *τινα υμεις θελεται, υμεις εσμεν, ηκουσα φωνης λεγουση, εζων προ εχων, ωσ τυλοι προ ωσ στυλοι, εν υμων μετε*, ut est Ioh. 15, 7. in *Δ*, *εσπλαγγυσαν* pro *-νισθη*, *απολημος* pro *αποδημος*, *ο υιος* pro *εντος*: quae omnia in *Δ* scripta sunt, *απιστειλαν καινον, εραγωμεν. επιωμεν*. Praeterita sunt talia plerumque, multa tamen in commentario locum invenerunt; erat enim etiam cur exhiberentur singularis passim causa.

leviter scriptura differunt¹⁾ universa duxerim adnotanda: nec enim inconsideratae sedulitatis adpetebam laudem, nec magis viros doctos librum adhibituros meum inutili obruere mole quam utilia docere malebam: verum persuasum habebam eiusmodi in rebus diligentem praestare delectum nostraeque in primis editioni convenire.

Singularem autem apparatus nostri virtutem nondum tetigimus. Cernitur in eo quod ad aliquot lectionum centena iudicii quod secutus sum brevissime ratio est reddita. Quibus ab exemplis certe hoc conclusum iri spero, nusquam temere hoc vel illud praeferrri aut reiici. Pertinet huc etiam quod dicta antiquorum grammaticorum passim adscripsi. Denique non ingrata fore arbitror quae de accentuum usu, quemadmodum in codicibus octavi noni decimi saeculi similibusque observatur, saepenumero adnotavi. Quae quidem pleraque dedi primus.

Secundum exponam quomodo in constituenda textus recensione versatus sim. Hac in re has mihi leges scripsi:

Textus petendus est unice ex antiquis testibus, et potissimum quidem e Graecis codicibus, sed interpretationum patrumque testimoniis minime neglectis. Itaque omnis textus nostri conformatio ab ipsis testibus proficisci debet - ut iam factum est in editione quae anno 1840. prodiit -, non ab Elzeviriana quam receptam vocant editione. Testibus autem discrepantibus primo loco ponenda sunt ea quae tuentur codices Graeci antiquissimi i. e. a. IV. inde usque ad IX. fere saeculum scripti. Rursus in his qui vetustate antecellunt iidem auctoritate praevalent. Haec auctoritas ut magnopere augetur

¹⁾ Huc pertinent itacismi plurimi, ut η γαλιλαῖος (Lc 13, 2. κ), τοῖς ἐν-δοξῆς Lc (18. 7. τ^α), ὄμωσι, κονωρία, λιμπούμενος. χλαμοῖδα, σὺ προ σοι, προσκοινωνῶν, λειτουργεῖα, λειτουργεῖα, οικίαν pro οἰκίαν, σημιον, εὐγνωστικῶν, παραγινεῖται, λείαν, ἀξίωσῃ, item αἰ et ε promiscue posita ut φαντασθησάν, item neglecta alliteratio, ut ἐνπροσθεῖν, ἐμβλεψασα, ἠγγισεν, ἀνθροπίλιον, ἐπισπότης. Quorum quidem omnium exempla haud pauca dedimus, sed non constanter notata sunt. Explicatur de his ac similibus generatim in Prolegomenis: quod idem fit de οὐτως et οὕτως atque de ν ἔφελη. quorum utrumque paucis tantum notabilioribus locis in ipso commentario tractatum est.

si interpretationum ac patrum accedunt testimonia,¹⁾ ita non superatur dissensione plurimorum vel etiam omnium codicum recentiorum i. e. eorum qui a nono saeculo usque ad decimum sextum exarati sunt. Istud enim dubitari nequit, quos recentiores dixi longe plerosque ex iis fluxisse codicibus qui ante annos fere mille per ecclesiam Graecam cum publica quadam auctoritate adhibebantur indeque et ipsos publicam illam quandam et constantem formam induisse. Ea vero forma per varias manus variosque casus derivata est ab usu priorum saeculorum, ubi fontium et consulendorum et emendandorum magna licentia erat. Ex quo sequitur, quum antiquitatis laudem quae antiquissimorum codicum lectionibus sine dubio inest eandem posse recentioribus inesse testibus, quamvis id per se minus probabile sit; tum codices post octavum saeculum scriptos negligendos aut parvi aestimandos non esse, sed non posse numerum eorum prae paucitate antiquiorum testium urgeri. Accuratius vero hanc in rem inquirenti passim facile erit demonstrare lectiones codicum octavi saeculi et sequentium ipsa antiquitate vel aequiparare vel antecedere codicum quarti, quinti, sexti saeculi lectiones. Fit enim ut illi ex interpretibus Syrum vel Sahidicum vel Italum vel Gothum²⁾ adsentientes habeant, vel etiam ex patribus Clementem, Origenem, Ire-

¹⁾ Quod enim paucissimi tantum edd. Graeci lique soli testantur - nisi est eiusmodi quod non potest nisi a Graecis firmari, ut *εως* et *ως*, *ευθως* et *ευθεως*, ut multae formae grammaticae etc - id facile ita potest ortum putari ut alter ab altero transcriptum habeat. Non item vero si accedunt veterum interpretum ac patrum testimonia. Ita Mt. 1, 6. *δαυειδ δε σινη ο βασιλευς* praeter B al² testantur testes Latini plures saeculi IV. et V., item interpretes cop et sah, item syr etc. Hos quum a B aut exemplari unde descriptus est pependisse minime sit credibile, eam lectionem certe iam diu ante aetatem eodiceis B obtinuisse vulgatamque fuisse certum est. Contra Mt. 2, 23. *του πατρος αυτου ηρωδου* pro *ηρωδου του πατρος αυτου* a solis BC² traditum facile ab uno eodem codice unde uterque pependit potest profectum esse. Mt. 8, 18. *οχλον* pro *πολλους οχλους*, propterea quod in cod. B quamquam solo legatur lectionem apud antiquos pervagatam habere, temerarium est.

²⁾ Hos maxime delegimus quod non modo harum interpretationum origo ad secundum, tertium, quartum saeculum revocanda est, sed etiam, quod in usu earum critico gravissimum est, codicibus quarti quinti sexti saeculi ad nos pervenerunt.

naeum, Tertullianum. Quod si est lectionibus aliquo loco de principatu certantibus, non amplius quaerendum est utra antiquior sit, sed utra praestet propria vi ac ratione.

Sed ultra progrediendum est. Quamvis enim permagni faciunda sit quaevis lectio quam perantiquam adeoque in antiquitate vulgatam esse certum exploratumque habeamus, tamen manifestum est testium superstitum nullum eam superare aetatem ubi universa quaedam textus sacri varietas ac depravatio iam exstiterit. Cuius rei luculentissimus testis est cum Clemente (denato fere a. 220.) Origenes (natus 185. denatus 254.) vel cum Irenaeo (scripsit opus suum circa a. 192.) Tertullianus (denatus 220.). Ad quos quarto saeculo, quo ipso unus Vaticanus codex omnium antiquissimus scriptus videtur, accedit Hieronymi testimonium ad Damasum scribentis „tot paene esse exemplaria quot codices.“ Quod de Latinis ille quidem dixit, sed una probat ab illorum ante Hieronymum temporum ingenio recte derivari documentorum textus varietem; quemadmodum quae idem de evangeliorum textuum permixtione queritur (vide post), id commune prorsus Graecis et Latinis testibus est. Praetereaque ipse „codicum Graecorum emendata conlatione sed veterum“ se usum esse dicens itemque prospexisse „ne multum a lectionis Latinae consuetudine discreparet“ novum opus suum, satis innuit Graecorum sui temporis codicum diversitatem. Quae quidem textus depravatio unde exorta sit difficile dictu est, etsi plura sunt quae huic rei lucem afferant. Ut enim taceam, satis enim per se clarum est, primorum temporum homines quippe plenos spiritu atque ipsorum apostolorum fructos commercio alienos fuisse a litterae scriptae veneratione, eoque minus iurasse in litteram quo minus auctores ipsi aut orationis artem profiterentur aut iis quae foras darent summam auctoritatem tribui voluissent: traditum nobis est Artemonem cum asseclis¹⁾ Tatia-

¹⁾ Cf Eus. hist. eccl. V, 38. cui capiti titulus est: *περὶ τῶν τῆν Ἀρτέμωνος αἰρέσεων ἑξαρχῆς προβεβλημένων*. Ibi 38, 6. Eusebius ex antiquiore scriptore haec affert: *διὰ τοῦτο ταῖς θείαις γραφαῖς ἀνόβως ἐπέβαλον τὰς χεῖρας, λέγοντες αὐτὰ; διορθωτέαι. καὶ ὅτι τοῦτο μὴ*

num¹⁾ Marcionem aliosque textui sacro corrigendo studuisse; porro qui pia saepe fraude scripta apocrypha venditarent, quod studium ipsis duobus primis ecclesiae saeculis invaluisse scimus, eos a textu mutando non abhoruisse perquam credibile est; deinde comperimus iam ante Hieronymi tempora (nati 346.) inprimis operam datam esse ut evangeliorum varietatem ad quandam revocarent unitatem, quod quidem ad textus evangelistarum maxime synopticorum confundendos magnam vim habuisse constat²⁾; ac iure vero inde concludimus, quod in evangeliiis licitum putarent, id nec in reliquis libris ubicumque ex re visum esset haberi potuisse criminisum. Denique post medium fere saeculum tertium a Luciano Antiocheno et Hesychio Alexandrino recensiones quasdam textus susceptas esse certe Hieronymus et Gelasii quod dicitur decretum testantur³⁾: a quibus testimoniis non tam id concluderim, existitisse dumviros illos magnae codicum nostrorum diversitatis auctores, quam studuisse eos ut textum mira iam diversitate laborantem recensendo emendarent ac restituerent.

Quae omnia utut sunt, certum hoc est, iam IV. et III. saec.

καταφειδόμενος αὐτῶν λέγει, ὁ βουλόμενος δύναται μαθεῖν. εἰ γὰρ τις θείλῃσι συγκομίσας αὐτῶν ἑκάστου τὰ ἀντίγραφα ἐξετάζῃ πρὸς ἄλλα, κατὰ πολὺ ἂν εὖροι διαφωνοῦντα· ἀσύμφωνα γοῖν ἔσται τὰ Ἀσκληπιοδότου τοῖς Θεοδοῦτου. πολλῶν δὲ ἔστιν εἰπορῆσαι, διὰ το φιλοτιμῶς ἐγγιγράφθαι τοῖς μαθητὰς αὐτῶν τὰ ὑφ' ἑκάστου αὐτῶν ὡς αὐτοὶ καλοῦσι. κατωρθωμένα, τοιούστιν ἤφανισμένα. τὰ γὰρ Ἀπολλωνίδου οὐδὲ αὐτὰ ἑαυτοῖς ἔστι σύμφωνα. ἔρεσι γὰρ συγκρίναι τὰ πρότερον ἰπ' αὐτοῦ κατασκευασθέντα τοῖς ἕστερον πάλιν ἐπιδιαστροφῆσι καὶ εὖρειν κατὰ πολὺ ἀπάδοντα. Etc.

¹⁾ Cf Ena. hist. eccl. 4. 29. τοῦ δὲ ἀπιστοῦ φασὶ τολμησαί τινας αὐτὸν μεταφράσαι φωνάς, ὡς ἐπιδιορθοῦμενον αὐτὸν τῆς φράσεως σύνταξιν.

²⁾ „Magnus siquidem hic in nostris codicibus error inolevit, quod dum in eadem re alius evangelista plus dixit, in alio quia minus putaverint addiderunt; vel dum eundem sensum alius aliter expressit, ille qui unum e quattuor primum legerat ad eius exemplum ceteros quoque aestimaverit emendandos. Unde accidit ut apud nos mixta sint omnia, et in Marco plura Lucae atque Matthaei; rursus in Matthaeo Iohannis et Marci, et in reliquorum quae aliis propria sunt inveniuntur.“ Cf epist. ad Dam. cuius textum etiam Prolegomenis ed. nostrae triglottae pag. XCVI sqq. inserendum curavimus.

³⁾ Utriusque verba vide infra, ubi de recensioibus textus explicatur.

Novi Testamenti textum, quemadmodum in codicibus sive Graecis sive ex Graeco versis per orbem Christianum circumferebatur, a puritate atque integritate plurimis modis discessisse; maxime vero probabile etiam illud est, nulla aetate magis quam ipsa prima, i. e. primo ac secundo p. Chr. saeculo, textus sacri quam diximus varietatem esse exortam. Cuius rei argumentum unum nec id levissimum subiungam. Nota sunt Griesbachii verba in Prolegomenis ed. tertiae sect. III. pag. LXXVII. scripta: „Tandem commemorandum esse censeo codices nonnullos e partibus longe dissimillimis esse conflatos. Alexandrinus v. c. codex recensionem sequitur aliam in evangeliiis, aliam in epistolis Paulinis, aliam in actibus apostolorum et catholicis epistolis.“ Potest de his singulis disputari; negari tamen nequit ipsos antiquissimos cdd. nostros tres, qui quidem inter unciales soli totum Novum Testamentum comprehendunt, singulis nonnullis partibus ratione textus sui sibi ipsis dissimiles esse. Hoc autem inde factum est quod quam rationem habent evangelia, quam epistolae in codicibus ABC, eam dudum induerant antequam in hos codices transcriberentur. Induerunt enim antequam libri Novi Testamenti in unum coniungi consuescerent. Quae quum ita sint, qui testes ad nos pervenerunt antiquissimi, in textu apostolorum restituendo non aliam quam satis dubiam auctoritatem possunt habere. Quod quum ad infringendam pertineat praesumptuosam eorum opinionem, qui verum se tenere iactant dummodo antiquissimos paucos vel etiam unum omnibus reliquis non convictis ac refutatis sed simpliciter spretis sequantur, tum addendum est unum quod cum iis quae iam disputavimus arctissime cohaeret, destinatum maxime ad rationem codicum nostrorum saeculis quarto quinto sexto posteriorum rectius aestimandam. Insignem enim inter cdd. unciales primi ut ita dicam ordinis et secundi cum reliquis plerisque esse textus differentiam, eamque tantam ut, in evangeliiis maxime, per quodvis caput lectionum genus quoddam alterum Aegyptiacum, alterum Asiaticum, etsi nomina non satis quadrant, distinguere possis, ad demonstrandum facile est et iam est a multis demonstratum. Hanc igitur differentiam an maxime atque imprimis ab antiquitatis discrimine pendere

dicamus? Minime vero. Saeculis enim sexto septimo octavo iisque quae sequebantur nullo modo fieri potuit ut textus codicum ABCD in eum transformaretur quem codices EFGHKM cum similibus praebent. Quae res ut pluribus argumentis effici potest, ita iam satis coarguitur magna consensione quam inter hos codices posteriores et Chrysostomum atque Theodoretum, item interpretes Syrum Gothum aliosque esse constat. Quod si recte habet, nec vero potest peritis ullo modo dubium esse, dandum est saeculo iam quarto exstitisse codices in summa rei simillimos codicibus nostris octavi saeculi et sequentium.

Quae omnia, nisi quis idoneis ac firmis argumentis docere contrarium poterit, ad criticos labores religiose ac prudenter adhibenda erunt, providentibus ne rei tam gravis ac severae fundamenta mediis in opinionibus atque erroribus iaciantur. Videtur autem inde summa lex critica scribenda esse haec, ut omnibus locis ubi quid auctores scripserint docta ratione aut iudicio effici nequit, quod antiquis testibus probatissimum novimus fidenter et unice sequendum sit; ubicumque vero causae sunt graves atque ab arbitrio quam maxime alienae, quae aliud prae alio commendent confirmentque, non id praestet quod testatissimum, sed quod et satis testatum et probabile sit.

Iamvero circumspectum est porro quae potissimum gravia videantur sive in auctoritate testium pensanda sive in probabilitate definienda lectionum. Eiusmodi fere haec videntur:

1. Pro suspectis habenda sunt quum quae uni vel alteri horum testium prorsus peculiaris sunt, tum quae classium quae videntur esse certam indolem ab homine docto profectam redolent.

2. Arcenda sunt quae quamvis pluribus probata testibus ex errore librariorum orta esse manifestum vel maxime probabile est.

3. Locis geminis quum Veteris tum Novi Testamenti maximeque evangeliorum synopticorum, ad quos inter se exaequandos priscorum hominum praecipuam curam pertinuisse certum est, testibus qui consensum praebent prae-

ferendi sunt qui dissensionem testantur, nisi gravis caussa aliud suadeat.

4. Probabilis prae ceteris ea est lectio quae reliquarum ansam dedisse vel etiam earum elementa in se continere videtur.

5. Studiose tenenda sunt quae a ratione sermonis Graeci auctoribus Novi Testamenti proprii neque minus a consuetudine uniuscuiusque horum scriptorum commendantur.

Quae singula paucis illustranda erunt.

Ad 1. Unius igitur codicis lectionem, praesertim ubi, ut plurimis locis evangeliorum, multi satis antiqui testes consuli possunt, non cautum est recipere nisi examine exacto firmatam et quidem re prae ceteris implicita. Exemplum esto Mc, 2, 22. Ibi ἀπόλλυται καὶ οἱ ἀσχοί, si verum quaeris, unius B auctoritate recepi, nisi quod, idque haud leve est, iam Coptus interpres eundem textum exprimit. Accedit vero quod hunc locum e geminis corruptum esse perquam probabile fit. Prorsus enim Matthaei textum, eundem Lucae textui proximum, lectio plerumque recepta repetit, atque etiam Marci textus quemadmodum probavi ad turbandum Matthaicum aliquam vim habuit, cf comm. ad Mt 9, 17. Porro quod L 102. legunt, corruptionis e Matthaео factae initium sistit; item quod D cum quinque Italiae codicibus optimis habet, id lectionem nobis probatam ad frequentiore[m] loquendi usum leviter immutat, conformans una ad Matthaei locum. Denique haec dicendi brevit[as] opposita pleniori Matthaei et Lucae dictioni Marco convenit maxime; eadem enim invenitur tot aliis locis ubi lectio non dubia est. Similibus rationibus ducti verba plerumque addita ἀλλὰ οἶνον νέον εἰς ἀσχοὺς καινοὺς βλητέον ex auctoritate unius codicis D quattuorque Italiae codicum antiquissimorum omisimus. Ea enim verba prorsus e Luca, apud quem nemo praetermisit, petita videntur. B et 102. eo quod βλητέον omittunt totam sententiam primum e Luca margini Matthaei adscriptam maxime probant. Item e geminis corruptionem factam testes duo Graeci cum pluribus Latinis eo clarius ostendunt quod etiam Matthaei verba καὶ ἀμφοτέροι συντηροῦνται, a plurimis et ipsi Lucae illata, verbis spuriiis complendae sententiae caussa addiderunt. Denique καινοὺς passim

vel omissum vel cum *νέους* permutatum eiusmodi est ut sententiam primum minus accurate ex parallelis locis adnotatam confirmet.

Potest vero etiam fieri ut iustae constantiae caussa quod modo pluribus firmatum testibus fuerit, ex paucissimis i. e. uno vel duobus recipiamus. Quae quidem constantia quem ambitum habere posset, saepe dubius haerebam; nec enim facile poterat lex scribi quae omnium locorum rationi satisfaceret. Pertinet huc imprimis formarum quas dicunt Alexandrinarum usus, quas quidem sensim ex cdd. expellendi studium fuisse certum est. Has igitur ex antiquissimis tribus vel duobus recipere non dubitabam, atque etiam uni ex his maximeque *β* soli passim videbatur fides adhibenda. Cf *ηλθαν* et *ενραν* Lc 8, 35. *εξεβαλαν* et *επεβαλαν* Mc 12, 8. 14, 45. Act 21, 27. Eiusmodi vero ex *δ* solo, qui earundem formarum usu prae ceteris omnibus excellit, recipere non cautum duxi. Item confer *ερανναν*, *εξηραννησαν*, *ανεξεραννητα*, quae locis multis pro testium auctoritate recipi debebant. Unus vero locus Ro 8, 27. excipiendus erat, quippe ad quem solum eadem forma auctoritatem nullam habet. Ita constanter *τεσσαρακοντα*, *τεσσερα*, *τεσσερας* scribenda erant, exceptis quattuor vel quinque locis. Ita *Ιησους* absque articulo a Iohanne maxime poni certum est, saepissime vero testes plurimi articulum addiderunt. Hinc 20, 19. duobus gravissimis testibus *δι* quamquam solis obtemperandum videbatur omittentibus articulum. Similem rationem habet *αλλα* ante vocalem, quod saepissime a plerisque cum *αλλ* commutatum esse apparet. Cum igitur plurimis locis ex ABCD similibusque restitutum esset, neque Mc 12, 14. recusandum videbatur a *DLA* exhibitum. Rursus vero alibi minore auctoritate firmatum, ut Mc 12, 25. ubi soli *DA* praebent, non audebam recipere. Qua in re interest utrum locus aliquis dubius plurimis antiquis testibus utatur an paucissimis. Hinc codex *A* vel *c* aliam in apocalypsi quam in evangeliiis auctoritatem habet. Quam ob caussam *εμμεσω*, quae forma alibi dubitationem habet, in apoc. ubique edendum erat, cf ad 1, 13. Item plerumque *ιδον*, quod modo ABC, modo AC, AB, BC testes,

habet. Item *ιδα* 17, 3 et 6. ex solo *Α, Β ιδον* praesente et *Ϸ* deficiente.

Porro haec regula hanc vim habet, ut sequi vetet quos dicendi modos uni vel alteri codici quamvis optimo proprios sciamus. Ita *Β* tempore perfecto favet, ut *Lc* 24, 28. 2 *Co* 11, 21. *Eph* 1, 20.; ita *Δ* participium in tempus finitum transferre consuevit, ut *Mt* 20, 30. *ηκουσαν και εκραξαν* 25, 25. *απηλθον και εκρουσα* *Io* 12, 3. *λαμβάνει και ηλευθεν* 12, 36. *απηλθεν και εκρουθη*; contra *Β* participia amat, cf *Mt* 17, 25. *ειποντα* et 17, 26. *ειποντος δε*. Favent codd. *BCD* formae *Μαρια* pro *Μαριαμ*, quod inde clarum fit quod etiam in *Luca*, qui an *Μαριαμ* scripserit vix dubitare licet, passim soli substituerunt *Μαρια*, cf 1, 30. 34. 38. 39. 46. 56. 2, 16. Hinc nec *Mt* 1, 20. ex *BL* etc aut *Mt* 13, 55 ex *c* etc, neque magis *Lc* 2, 19. ex *BDR* etc *Μαρια* formam in textum recipere cautum est. *L* epp. Paul. adamat coniunctivum modum cum indicativo commutare, ut 1 *Co* 16, 5. *ον εαν πορευομαι* ibidem 16, 7. *εαν απηρεσει* *Col* 3, 13. *εαν εχει* et 3, 23. *ο εαν ποιειτε*. Quae res omni cum studio tractanda est.

De classibus vero quod dixi breviter ita definiri potest, cavendum esse quicquid recensionem sapiat i. e. quicquid ab homine docto textum sui temporis recognoscente profectum videatur. Ita *Mt* 25, 15. *εκερδισεν* pro *εποιησεν*, quamquam in *Α**BCDL* al invenitur, non potest non pro tali emendatione haberi; quam qui coniunctim praebent codices, pro tanta textus totius qua conspicui sunt consensione, quemadmodum etiam patriam eandem habere videntur, ex communi quodam fonte saeculi II. hausisse putandi sunt. Quod genus lectionum satis frequens est. Ubi autem diligenter collectum erit sciteque illustratum, luculenter docebit quoties lectiones ex nobilissimis cdd. petita sine dubio reprobandae sint. Contra clarum est si quae ab antiquissimis testibus varii generis ac diversae patriae, quae certo in versionibus et scriptoribus certius definiri potest, coniunctis exhibeantur, ea non facile singulari studio in textum pristinum illata videri. Sed quaestionem de recensionibus textus vel classibus testium statim paullo accuratius tractabimus.

Ad 2. Ab errore librorum quid sit, ut saepe planissimum ita alibi satis est dubium. Multa rei parum gnaris peccata a librariis visa sunt quae prorsus alius sunt generis. Quae res iudicanda imprimis est ad codices saeculi IV. V. VI. litteris uncialibus continuaque scriptura, sine accentibus, raris punctis exaratos. Exempla tantum pauca afferam adhibitis litterarum formis ad similitudinem librorum scriptorum summae antiquitatis effictis (vidè infra ad initium catalogi subsidiorum criticorum). Errarunt librarii scribentes ΟΤΑΝΑΡΘΗ pro ΟΤΑΝΑΠΑΡΘΗ Mt 9, 15 et Mc 2, 20. Item omittentes ο ω in ΠΡΟΚΑ ΛΕCΑΜΕΝΟCΙC Mt 18, 2 et ΛΕΓΕΙΑΥ ΤΟΙCΙC Mt 9, 28. (Contra 19, 8. μ codex post eandem locutionem addit ο ω.) Quod Mt 13, 55. ουχ pro ουχι substituerunt, id facillime fieri potuit cum scriptum esset ΟΥ ΧΙΗΜΗΡ. Propter eandem caussam potius μητι quam μη legendum est Ioh 7, 31., scriptum est enim: ΜΗΤΙ ΠΛΕΙΟΝΑ. Quid quod in codice Δ ex ΤΙΕΜΟΙ ortum est ΠΕ·ΜΟΙ Mc 5, 7. Item errore librarii excidisse videtur ηδη in z Mt 17, 12. qui locus sic habet: ΗΔΗ ΗΛΘΕ. Item confusa sunt η et ρ in Δ Mt 17, 12. ubi est ΟCΑΝΘΕΛΗCΑΝ pro ΟCΑΗΘΕΛΗCΑΝ. Facillime praeteriri potuit δε in ΚΑΙΔΙΕΛΟ ΓΙΖΟΝΤΟ Mc 11, 31., item νμας in ΟΑΠΟΚ ΤΕΙΝΑCΥΜΑC Io 16, 2., quemadmodum etiam passim CΧΩ et ΕΧΩ permutata sunt. Ex ΥΠΟ ΔΕΙΓΜΑΔΕΔΩΚΑ facile fieri potuit -ΓΜΑ ΕΔΩΚΑ Io 13, 15. Confusis ου et οδη scriptum est in Δ Lc 7, 31. ΕCΠΛΑΓΧΝΙCΟΝ pro -ΙCΘΗ. Loco celebri Mt 7, 14. ubi lectio inter ου et τι fluctuat, nescio an errore antiquissimo pro ΑΥΤΗCΟΤΙ scriptum existimem ΑΥΤΗCΤΙ. Quod Lc 18, 5. in pluribus cdd. scriptum est την χηρα τωντιν, id ortum videtur inde quod

ΧΗΡΑ exeunte versu positum erat in antiquiore exemplari, quemadmodum etiamnum est in codice L, postque omittebatur lineola litteram *ν* significante. Mt 20, 23. scriptum est ΑΛΛΟΙΣ i. e. *ἀλλ' οἷς*. Sed fuerunt, ut ipse interpres codicis D et Augustinus, qui redderent *aliis*. Simili errore Mt 18, 20. ex *οὐ γὰρ εἰσὶν* factum est *οὐκ εἰσὶν γὰρ*, cf commentarium. Coniecturarum invitis legibus palaeographicis factarum exemplum esto 1 Pe 3, 7. ubi quam lectio *συγκληρονομοι* difficultatem habet voluerunt ita solvere ut dicerent, *-μοι* esse pro *-μοῦ* datum antiquitus, confusis *ο* et *ω* additoque insuper *ι* adscripto. At iota adscriptum in antiquissimis codd. nostris plane non habetur, nec licet ex alieno usu ad apostolica scripta transferre.

Duo vitiorum genera sunt quae non pendunt a palaeographicis rationibus. Alterum omissiones per ὁμοιοτέλευτον spectat, quo sunt saepe abusi, ut Mt 27, 35. Eo enim quam caute utendum sit apparet inde quod multa additamenta sine dubio spuria ex eadem lege in textum admittenda sunt, quale est quod Io. 6, 56. codex D habet. Alterum errores ex itacismo ortos complectitur. Huius generis ut plurima plana sunt, ita sunt quae ambigui quid habeant. Huc haec spectant: Philem 11 et 12. Ibi *σν* cum *σοι* confusum, quod in ipsis AC similibusque haud infrequens est, turbati textus non ultimam causam credo. Potest id autem et ab iis qui *σοί. σν δέ* probant et ab iis qui *σοί* delent adhiberi. 2 Co 12, 1. Ibi ad lectionem *δει* pro *δη* substituendam puto vim habuisse confusionem litterarum *ει* et *η*. Quam opinionem confirmat 1 Co 6, 20., ubi quamvis sine sensu L codex *δει* pro *δή* habet. Etiam *αναπειρους*, quod Lachmannus bis ex codd. posuit pro *αναπηρους*, ex itacismo ortum est. Cuius lectionis nisi ille occultam quandam causam habebat, debebat alia multa eaque saniora ex codd. recipere. Qua de re vide infra. Confunduntur autem, ut id certe breviter adscribam, inprimis haec: *ει ι οι υ η*. Omnium saepissime *ει* et *ι* inter se permutata. Ita igitur antiqui libri praebent *η ειδι* pro *ει ηδει*, *οκηρεται* pro *υπηρεται*, *τοις ενδοξης* pro *-ξους*, *σν* pro *σοι* et *σοι* pro *σν*, *ισραηληται* pro *-λιται*

vel *-λαι*, *λαια* pro *λαια*, *η* *ηλιθιοι* pro *οι γα*. Ad quas vocales ex communi pronuntiatione per *ι* permutatas proxime accedit *αι* cum *ε* confusum, quo nihil frequentius. Propterea ubicumque rationibus altioribus alterum alteri praestat, vix est scripturae codicum habenda ratio, nisi insignis quaedam constantia invenitur, qualem forma *εγειρε* pro *εγειραι* habet. Ita 1 Pe 2, 11. *απεχεσθε* non dubitarem, etiamsi cdd. unciales omnes *-σθε* tuerentur, mutare in *-σθαι*, nisi ipsum aptissimum esset atque etiam similitudine loci 1 Pe 5, 1. 2. sustentaretur. Talibus locis magna est antiquorum interpretum auctoritas. Ita fluctuant Mt 10, 29 et Lc 12, 6 *πωλεται* et *πωλετε*, quod posterius apud Mt *εκλ* etc (in comm. non notavi), in Lc *λ* aliique multi praebent. At interpretum nemo aliter quam *πωλεται* vertit.

- Ceterum magno in errore illi sunt variantes lectiones plerasque a librariis putant codicibus illatas, et cum ipsi iudicant nihil antiquius habent quam quaerere quid ex inventis librario potuerit in mentem venire. At multo plus ad mutandum textum valere hominum non indoctorum studia qui versantes volumina sacra inprimis sapere sibi videbantur hoc vel illud corrigendo vel certe adscribendo in margine, unde post in ipsum inrepsit textum. Eiusmodi correctorem, non librarium prodit lectio *των ομμάτων* Mt 20, 34. qua voce quam parum offenderint librarii, quos *των οφθαλμων* substituisse facile aliquis dixerit, ex Mc 8, 23. intellegitur, ubi nemo mutavit *εις τα ομματα*. Nec obliviscendum est textibus sacris describendis¹⁾ per priora saecula operam dedisse viros studiis et doctrina claros, quales novimus Origenem et Pamphilum. Etiam quae Hieronymus in commentariis (ad Mt 24, 36. ad Gal 3, 1.) laudat „Adamantii et Pierii exemplaria“, ab illis viris sive quod dicunt *διορθούμενα* sive, quod

¹⁾ Similiter factum esse in aliis scriptis luculenter testantur quae martyrium Polycarpi (PP. apostol. ed. Dressel pag. 406.) subscripta habet: ταῦτα μεταγράψατο μὲν Γάϊος ἐκ τῶν Εἰρηναίου μαθητοῦ τοῦ Πολυκάρπου — Ἐγὼ δὲ Σωκράτης ἐν Κορίνθῳ ἐκ τῶν Γαίτων ἀντιγράφων ἔγραψα — Ἐγὼ δὲ πάλιν Πιόνιος ἐκ τοῦ προγεγραμμένου ἔγραψα.

praestat, propria manu scripta credenda sunt. Propterea codicum scriptores et doctos et indoctos ponere debemus, quorum utrisque suae in corrumpendo textu partes fuere: nimirum quae nobis corruptio dicitur, priscis hominibus saepe videbatur emendatio. Ad indoctos librarios, quorum in numero praecelluerunt calligraphi Alexandrini, qui nec Graece nec Latine satis scivisse videntur, plures referendi sunt ex nobilissimis cdd. nostris et Graecis et Latinis multo pulchrius quam emendatius scripti.¹⁾

Ad 3. Hanc legem ita observavi ut dissensionis quam dixi testes verum tenere iudicarem nisi per se nullius aut perexiguae auctoritatis essent. Quum autem omnibus documentis, classe excepta nulla, evangelicorum textuum permixtio multo antiquior sit, saepe quod ex hac lege praestat in vitis testibus iis quos alibi plerumque sequebar aut testibus huiusmodi non nisi paucis nixus in textum recepi. Exempla innumera sunt, maxime per totum Marci evangelium; nec raro in ipso commentario indicavimus quae potissimum ad textum constituendum nostrum valuissent. Qua in re unum prae ceteris hoc loco urgendum censeo. Quum enim saepe locis geminis ea ipsa verba quae in suspicionem spurii veniunt paullum differant ab iis unde derivata videntur, sunt qui a differentia gravem defensionis causam sumant. At minime illi rectum vident. Ut enim per se facile intellegitur, ab iis qui textui interpolando operam dabant non nimiam in transcribendis alienis quamvis similibus religionem postulandam esse, ita loci sat multi, quos ex tali transscriptione vel in multis vel in paucis codicibus corruptos esse planissimum est, docent quanta in hoc interpolandi modo licentia fuerit. Eiusmodi exempla sunt: Mt 27, 35. ubi formula Iohannis *ἵνα ἡ γραφή πληρωθῆ ἢ λέγουσα* prudenter in usum Matthaei translata est ut scriberetur *ἵνα πληρωθῆ τὸ ῥηθῆν*. Mt 27, 49. ubi Iohannis verba *ἀλλ' εἰς τῶν στρατιωτῶν λόγῃ αὐτοῦ τὴν πλευράν*

¹⁾ Calluisse vero etiam monachos elegantissimae scripturae Alexandriae artem, insignis docet subscriptio codicis palimpsesti Numerorum ex meo facti Petropolitani, quae sic habet: *ἰωαννοῦ μοναχοῦ σιεργίου*.

ἔνυξεν, ad Mt sic translata sunt: ἄλλος δὲ λαβὼν λόγχην ἔνυξεν αὐτοῦ τὴν πλευράν, similiterque quae sequuntur differunt. Mc 11, 3. ubi pro *τί ποιεῖτε τούτο* a multis exhibetur *τί λύετε τὸν πῶλον*, quod e Luca fluxit ubi est: *διὰ τί λύετε*. Lc 2, 39. ubi D et A adscripta habent *καθως ερεθη δια τον προφητον οτι ναζωραιος κληθισεται*, quae quidem ex Matthaei verbis: *ὅπως πληρωθῆ τὸ ῥηθὲν διὰ τῶν προφητῶν* etc derivata sunt. Similiter Lc 5, 14. codex D additamentum longius habet quod paullo liberius ex Mc 1, 45. exscriptum est. Item Lc 9, 43 et 50. in pluribus Latinis testibus et Gotho additamenta ad ll. pp. libere efficta inveniuntur. Cf. etiam ad Lc 6, 42. 19, 45. 22, 47. Mc 6, 16. item, ubi alia exempla plura adnotata sunt, ad Mt 21, 44. Cf. etiam Gal 4, 17. ubi *τὰ κρείττω χαρίσματα* ex 1 Co 12, 31. libere adsumptum est, quo loco interpolator aut *τὰ χαρ. τὰ μείζονα* aut *τὰ: χαρ. τὰ κρείττονα* legit. Nihilominus magna a nobis cautio adhibita est ne lege quam ipsi nobis scripsimus abuteremur, quum occasio abutendi esset frequentissima. Ita Mt 23, 4. invita editione nostra a. 1849. non videbatur *βαρέα* deletis *καὶ δυσβάστακτα* ex paucorum etsi gravium testium auctoritate edendum esse. Quamvis enim *δυσβάστακτα* Lucae sit 11, 46. ad eumque *βαρέα καὶ* ex Mt a testibus nonnullis (cx etc) sit translatum, tamen nulla erat idonea caussa cur ad *βαρέα*, si ita in Matthaeo scriptum fuisset, adhibito Lucae loco adderetur *καὶ δυσβάστακτα*. Contra si scriptum erat *βαρέα καὶ δυσβάστ.*, quod ipsum egregie confirmatur ex interpolatione quam cx etc in Lucae loco parallelo praebent, facile poterat alterutrum omitti sive errore sive, quum *βαρέα* satis esset, consilio. Certe locis eiusmodi ut statuas interpolationem ex parallelis, multo plus auctoritatis requiritur quam est Mt 23, 4. Ex genere est paullo alio *ἡμέραι τρεῖς*, et Mt 15, 32 et Mc 8, 2. scriptum: quod enim apud Mt in minusc. multis legitur, *ἡμέρας τρεῖς*, ex manifesta emendatione fluxit, neque commendari potest etiamsi ipse Origenes in eundem modum locum Matthaei expresserit; nec aliter de lectionibus codicum B et D in Marco iudicari postest.

Singularem ea in re difficultatem quum loci aliquot

Matthaei et Lucae tum permulti evangelistae Marci habent, ubi lectio ita comparata est ut cum alterutro consentire debeat. Ita Mt 27, 34. aut *οἶνον* Marci aut *ὄξος* Lucae probandum est; ego vero *ὄξος* probavi. Quum enim in Luca nexu quidem paullo diverso *ὄξος* nude scriptum esset, in Marco eodem prorsus nexu *ἐσμηρτισμένον οἶνον*, fidei non absonum est Matthaei textum substituto *οἶνον* pro *ὄξος* propius ad Marci traditionem adductum esse. Mt 27, 55. fluctuat *ἀπὸ μακρόθεν*, *ακΔ* aliisque et Chrys. *απο* omittentibus. Eadem locutio in Marco non fluctuat; apud Lucam vero testes plerique, in quibus *απρξ*, *μακρόθεν* praebent et *BDL* cum aliis paucis articulum praefixum habent. His inter se collatis Matthaeus pariter atque Marcus *ἀπό* praeposuisse censendi sunt, non item Lucas. Similis aliorum locorum praeter evangelia ratio est, ut Act 5, 34. ubi *ἀνθρώποις* e vv. 35. 38. petium videri potest, item *ἀποστόλοις* e v. 40. Mihi vero sic videtur, Lucam scripsisse *ἀνθρώποις* ex mente Pharisaei; quum vero h. l. ipse auctor suo nomine narrare videatur, mutatum id esse cum nobiliore *ἀποστόλοις*, quod quidem statim v. 40. usurpatur. Contra vv. 35. 36. lectio *ἀνθρώπων* non depravata est propterea quod id ex ore Gamalielis dici in promptu erat. In Marco vero ita versatus sum, ut et testium auctoritati cederem et Marcum plerumque, exceptis excipiendis, brevius reliquis scripsisse ponerem. Ita Mc 9, 29. *ἐν προσευχῇ* scripsi cum *β k*, quoniam *καὶ νηστεία* illata ex Matthaeo videbantur, apud quem nemo *προσευχῇ* sine *καὶ νηστεία* habet. Quam additamenti suspicionem auget quum codicis *Δ* lectio cum articulo, tum quod versiones quattuor *νηστεία καὶ* praefixa habent. Accedit vero quod satis ex more est Marci sententiam ita amputatam, ut videtur, exhibere. Denique multo est probabilius, tale quid consensionis causa ex Matthaeo huc transcriptum esse quam de arbitrio aut per incuriam in Marco esse demptum. Cf etiam 1 Co 7, 5. ubi testes multi *νηστεία καὶ* ante *προσευχῇ* addiderunt.

Veteris Testamenti locos quod attinet, minime satis est Romanam sequi editionem, immerito plerisque codicem Vaticanum exprimere visam, nec ipse satis est codex Vaticanus sed

conferendus est apparatus criticus ad LXX interpretes. Quod quum in lectionibus diiudicandis saepe neglectum esset, proclive erat a vero aberrare. Rursus autem magna editio Holmesiana apparatus satis imperfectum habet; propterea ipsa documenta antiquissima, quorum plura nostra nuper opera ex tenebris protracta sunt, aliis mox secuturis, certe ubi gravius aliquid in censum venit adeunda sunt. Quam rem nec in ipso commentario nostro negleximus, ubi passim notata est quae apud LXX lectionis varietas invenitur.

Ad 4. Hoc si latiore vel latissimo sensu accipis, omnium regularum principium haberi poterit; sed est eiusmodi quod alius aliter iure quidem suo, ut cuique videtur, definiat sequaturque. Quam in rem quae Griesbachius Prolegg. sect. III. 1—15 disseruit, pleraque recte habent bonaeque frugis sunt, sed sunt etiam quae magna ambiguitate laborent. Quapropter videndum est ne legem nostram cum fiducia ad locos applicemus tales ad quos vel non vel parum quadret; ad quos vero spectet et quo eos modo ad verum perducatur, facilius exemplis illustratur quam certis praecipitur regulis. Duo idonea rei exempla mihi haec videntur: Mt 24, 38 et Iac 3, 12. Priore loco *ἡμέραις τοῦ κατακλισμοῦ* recepi cum L, uno evangeliariorum antiquo, tribus codd. Italae, Origene bis. Quae lectio propterea corrigenda librariis videbatur, quoniam non diebus diluvii sed diebus qui diluvium praecesserunt *τρώγοντες καὶ πίνοντες ἦσαν*, quemadmodum statim subsequitur: *ἕως ἦλθεν ὁ κατακλισμὸς*. Hinc correxerunt *ἡμέραις πρὸ τοῦ, ἡμέραις ταῖς πρὸ τοῦ, ἡμέραις ἐκείναις πρὸ τοῦ, ἡμέραις ἐκείναις ταῖς πρὸ τοῦ κατακλισμοῦ*. Non minus certa mihi videtur ratio loci Iac 3, 12. ad quem vide comm. Possunt autem in eandem rem utiliter multa comparari in quibus feliciter tractandis versatum est acumen Reichii in comm. critici tomo primo, etsi plura sunt quibus ab eo dissentio.

Ambigua dici potest ratio loci Lc 9, 54., ubi plerumque additum legitur: *ὡς καὶ Ἡλίας ἐποίησεν*. Ea quum nostri temporis interpretes dempta putent ne de gloria Heliae detrherent, tum mihi sic videtur, ista esse textui intrusa quo Iacobi et Iohannis violentiam excusarent. Id quod minime

ineptum erat; frustra vero illis verbis deletis Heliae caussa acta videtur, quum testata res esset, cf 2 Reg 1, 10. 12.; praetereaque tantus propheta omni excusatione maior videbatur.

Ad 5. quae disputanda sunt ut omnia quae res poscit rite absolvas, ampliora sunt quam quae hoc loco suspiciam. De dialecto enim Novi Testamenti uberius et subtiliter exponendum erit: ad quam illustrandam etsi multa ex longo tempore undique collegi et dudum optavi ut idoneam in formam redacta ad viros doctos ac peritos referrem, tamen nunc quidem - ut iam feci anno 1849. - potiora indicasse satis habeo, plura et accuratiora alii et tempori et loco reservans. Universam Novi Testamenti dialectum quod attinet, errasse existimo eos qui ab his sacris libris quaecumque Alexandrinae dialecti plerumque dicuntur studiose prohibenda duxerunt, vel certe non tolerarunt nisi pauca quae dudum ab ipso vulgari Graeco sermone non alienissima videbantur. Quae enim huiusmodi multa ex codicibus vetustis passim allata legebantur, ea non deberi nisi librariis Alexandrinis opinabantur, nec vero ipsum Novi Testamenti textum fuisse Aegyptium. Qua in re mirum hoc erat, quod qui Novo Testamento Alexandrinas formas abiudicarunt, easdem libenter addixerunt LXX interpretibus Veteris Testamenti, in quos utpote Alexandrinos bene quadrare contendebant quod non quadraret in apostolos, nullis gravioribus illi quidem plerique argumentis nixi nisi vulgatis Novi et Veteris Testamenti editionibus. Quamvis autem nemo negaverit, Alexandrinum dicendi scribendique genus Alexandrinis hominibus proximum fuisse, concedendum est quum omnes Iudaeos illo tempore Graece loquentes tum scriptores sacros vel maxime pendisse a LXX virorum interpretatione. Quid quod ex hac tot Novi Testamenti locis allata legimus invito vel certe neglecto Hebraeo textu. Accedit quod dialectus Alexandria non modo Iudaeis sed omnibus qui per Aegyptum, per Palaestinam, per Syriam, per Asiam minorem et quae circumiacent Graeco eoque vulgari sermone circa aetatem Christi utebantur communis fuisse videtur: id quod multis eiusdem fere cum Novo Testamento antiquitatis monumentis, ut papyris et inscriptionibus nuper in lucem protractis, probari

potest. Quod vero ab editis libris sacris argumentum sumpserunt, id in magno errore positum erat. Cur enim V. T. tot Alexandrina, non item N. T. habebat? Propterea quod illud ex Vaticano potissimum codice, hoc e recentissimis Erasmi codicibus editum erat. Adhibito vero diligenter Veteris Testamenti apparatu critico quamvis imperfecto quem Holmes et Parsons publicarunt, satis edoctus sum, quod dudum suspicabar, plerasque formas de quibus agitur in Vaticano similibusque tantae antiquitatis codicibus obvias pariter atque in Novo Testamento ex codicibus recentioribus esse expulsas. Hinc quibus testibus in Veteri Testamento fides habetur, eosdem in Novo sequi tutum videtur. Ceterum si grammatici Alexandrini potissimum hoc egisse putandi essent, ut quae aliunde accepissent scripta ad suam ipsorum consuetudinem transformerent, profecto mirum esset quod non Aeschylum vel Sophoclem, Platonem vel Aristotelem aequae ac sacros scriptores reddiderunt Aegyptios.

Quum vero multa quae ab Alexandrina dialecto esse dudum a nonnullis duce potissimum Frid. Guil. Sturzio credita sunt, ab aliis pluribus reiecta essent propterea quod inventa non essent nisi in perpaucis originis Aegyptiacae codicibus nec ex iis ipsis magna cum fide collecta, illud felicissime accidit quod nuper quum aliorum tum nostris maxime laboribus numerus antiquissimorum de his rebus testium egregie auctus praetereaque principis Vaticani libri usus multo plenius quam antea exploratus est. Nec enim tantum ipsius Novi Testamenti codices huic causae profuerunt, sed etiam qui ad antiquissimos Veteris Testamenti codices accesserunt. Quae res exemplo illustrabitur. Formam *ἰσαννᾶν* hucusque repudiandam censuere plerique, non excepto F. W. A. Mullach, docto auctore grammaticae dialecti Graecae vulgaris (cf. pag. 21.), docentes illi quidem inventam in paucissimis codd. non esse nisi a librariorum vitio. Cui opinioni non admodum favebat quod codex Alexandrinus illam formam non semel vel bis sed locis et Veteris et Novi Testamenti plerisque tuetur. Iam vero in multo pluribus utriusque Testamenti antiquissimis codicibus atque in ipso Vaticano codice inventa est. Hinc

Graece ita dici potuisse nemo negabit, nisi quis quid semper et ubique Graecum fuerit praecipere malit quam ex veteribus litterarum monumentis discere. Eiusmodi vero in rebus antiquissimi nostri codices a vero i. e. a pristino usu proptereaque ab ipsorum scriptorum libris multo propius abesse iudicandi sunt quam reliqui omnes; neque quae supra codd. quarti quinti sexti saeculi cum codicibus saeculi octavi ac sequentium comparantes de dubia antiquitatis laude lectionum quae in prioribus inveniuntur disseruimus, volumus etiam huc valere. In eo enim maxime cernitur codicum ABC similibusque praestantia, quod certius reliquis docent quae ab initio fuerit libris sacris forma grammatica. Quam quo iure Aegyptiacam sive Alexandrinam fuisse contendamus, iam dictum est.

Praeferri vero hac in re antiquissimi codices debent duas potissimum ob causas. Prior est, quod per se omnino probabile est Graecos describendis codicibus occupatos id sibi curae sumpsisse, ut quae ab antiquo usu ac lege, ab exultiori dicendi genere remota invenirent corrigerent: id quod maxime in libros sacros cadebat, tanto illos honore tantaque auctoritate habitos. Circumferebantur atque adhibebantur horum librorum codices in ecclesia Graeca: hinc ut videtur fieri ne potuit quidem quin viri docti, qui vel describendis vel emendandis in exemplaribus suas partes habebant, barbara id genus amoverent. Fieri id eo magis debebat, quo magis auctoritas ecclesiastica atque disciplina invalescebat. Altera causa est, quod plane demonstrari potest id quod posuimus factum esse. Sensim enim Alexandrina, ut hoc nomine comprehendamus quicquid a puriore vel antiquiore Graecitate discedit, ex codicibus expulsa esse, non modo ex eo discitur quod iam inde ab octavo saeculo vix unus vel alter in modum vetustiorum scriptus invenitur, sed etiam observare licet quomodo singula exemplaria iam quinto saeculo et sexto fluctuare coeperint, aliud quidem conservando, aliud prorsus eiiciendo, aliud certe saepe vel plerumque commutando. Qua in re discrimen inde videtur ortum quod alia exemplaria privati magis usus erant et manebant, alia ad publicum vel destinabantur ab initio vel certe post, ut in codice Ephraemi accidit, adhibebantur. Quam

in rem prae multis conferre iuvat codicem Claromontanum epistularum Paulinarum atque ipsum Vaticanum, quem utrumque posterioris aevi homines usui codicum recentiorum magno cum labore adaptarunt. Luculentissimum vero testimonium est codicum eorum, vel uncialibus vel, quod inprimis volumus, minusculis litteris scriptorum, qui quamvis plurimas lectiones codicibus Aegyptiacis proprias conservarunt, tamen grammatica insolentiora plurima vel etiam longe pleraque abiecerunt.

Quae quum ita sint, viris cordatis ac veritate magis quam consuetudine delectatis probatum iri spero quod grammaticam textus nostri rationem inprimis ad exemplum antiquissimorum codicum conformandam duxi. Quod ita feci ut formas Alexandrinas certe nonnullas, non sine constantiae studio quamvis moderato, ibi quoque ederem ubi paucorum tantum probatissimorum codicum, vel etiam unius Vaticani, rarius, qui quidem soli in extrema Novi Testamenti parte principatum tenent, unius Alexandrini vel codicis c auctoritate valent.

Quibus expositis breviter videndum erit de singulis, ac primum quidem de orthographicis, quae non ultimum in hac quaestione locum tenent.

In his bene distinguenda sunt ea quae in uno alterove codice vel passim vel plerumque vel constanter obvia sunt ab iis quae cum constantia quadam in plerisque antiquissimis qui ad nos pervenerunt codicibus inveniuntur. Quae ab hac parte difficultas oriatur, ex iis quae iam disputavimus facile apparebit. Sunt enim plura quae utrum teneas an reprobos dubitare licet, atque erunt qui, probata universa ratione nostra, plus dandum existiment constantiae vel unitati. At in his cavendum videbatur ne, dum textui ad antiquos testes recensendo studemus, nostrum iudicium magis quam ipsos testes sequeremur: nec enim in toto recensendi officio editori ultra licebit progredi quam quo nos ipsorum codicum auctoritas fert; coniecturas vero, quamvis passim probabilitate se commendent, a libro tam immensae auctoritatis plane arcere et sanum et necessarium est. A qua consideratione totius rei nostrae criticae ad orthographica revertimur. Igitur nos quidem in textum on recepimus nisi quae constanter in pluribus posita vidimus.

Tale est μ servatum ante ψ et φ in omnibus formis a verbo λαμβανειν derivatis, ut λημψεται, αναλημφθιηαι, αντιλημψεις, προλημφθη. Haec in cdd. ABCD^{can}D^{clar}NQRTXΔ, in epistularum cdd EFGH leguntur et quidem in plurimis semper, in reliquis plerumque. (In nonnullis eiusdem rationis cdd. nullus locus erat easdem formas adhibendi). Nec minore auctoritate scribuntur συζητειν (cf Mc 1, 27. 8, 11.), συζητητης, συζητη, συζυγος, συστανωθεντες, συστατιωτης. Item συστοιχει (cf ad Gal 4, 25), συστεραζει (cf ad Rom 8, 22.), συσχηματιζισθαι (cf ad Rom 12, 3.), συστασιαστων (cf ad Mc 15, 7.). Contra utrum συστατικων an συστατικ. primitus scriptum fuerit, pro codicum varietate (ABCKL etc συστατικων, DEFG συστει.) difficile ad praecipendum est. Aliter habet συστρωφειν (ABDEGH etc) et συστρεψαντος (ABCGH etc) Act 19, 40 et 28, 3. quae eiecto τ scribuntur nec fluctuant. Usitatissima sunt συν et εν neglecta adlitteratione pro συγ et εγ vel συμ et εμ in his et similibus: συναραλαβειν, συναραγειομετοι¹⁾, συνεριλαμβων, συνεπιγει, συνεπορευονται; item συνημαθηταις, συνημετοχα, συνηψυχοι; item συνηκαθισαντων, συνηκατεψηφισθη, συνηκαλεσασθαι, ετηκακειν, συνηκληρονομα. Eadem vero neglectio non vel certe multo minus usitata in συμπληρουσθαι, συμφωνησις, συμφημη (συμφημη. Ro 7, 16. tuentur ABCKL; contra DEFG συμφ.), συμβουλιον (quod plerumque in D cod. Cantabr., non item in ABC similibusque invenitur), συμβαινειν, ενβλεψασα. Eadem lege ρλ pro λλ, ut συνληπουμετος, συνλαλησας et συνλαλοντες (ad Mc 9, 4. notavimus etiam Mt 17, 3. ita edendum fuisse; post demum innotuit codicis B testimonium) scribitur, sed excipienda sunt συλλαμβανειν (Co 1, 31. συνηλημψη in uno D, similiterque alibi) et συλλεγειν (Mt 13, 29 et 30. unus D συνλ.). Item ηγ pro γγ, ut ηγεγραμμενη, παλιγγενεσια (ita etiam Mt 19, 28. edendum erat, ut ad Tit 3, 5. indicavimus, accedente codice B* ad reliquos testes CDELZΔ). Item υσ pro σσ, ut συνσωμα, cf ad Eph 3, 6., sed non accedit συνησιμον pro σσσιμον,

¹⁾ Phil 1, 25. συναραγειτω omnino edendum videbatur cum D^{***}EKL etc invitis ABCD*FG, qui abiciunt praepositionem σιν. Ita vero factum est ut ex testibus non sumi posset σινπ.

cf ad Mc 14, 44. Pauci testes, inter quos primo loco esse solet D cantabrigiensis, praebent etiam *επροςθεν* et similia; item *πειρω* (ut plerumque in D Claromontano), *ελαμφεν* (ut 2 Co 4, 6. in eodem Claromontano) et si quid aliud eiusmodi: at nihil horum recipiendum erat pro auctoritate antiquissimorum codicum plerorumque (ABC etc) contrarium tuentium.

A qua ratione usum paullo diversum habet *εν μεσω*, cuius loco multi testes egregii *εμμεσω* praebent. Plerumque vel semper ita scribitur in codd. AL (evv.) R; passim accedit C, item PΔ et actorum E; aliquoties etiam M (evv) et U. At nusquam ita B nec magis D Cantabrigiensis aut D Claromontanus. Hinc - quaeritur an recte - per evv. act. et epp. nusquam recepimus *εμμεσω*; in apocalypsi vero quum constanti codicum AC testimonio utatur, nullis aetate simili testibus contra stantibus, a textu arcere non par erat. Conferri potest *εγκανα* (pro *εν κανα*) cum paucis similibus, quae et ipsa raras testes habent.

Duplicatum ¹⁾ in *εγκυνηόμενον* ubique testatissimum est, non item similia alia ut *αναβαιννειν* s. *αναβεννειν*, *οπατινομενος*. Forma *αποκτέννειν* quantis testibus utatur, vide ad singulos locos. Receptum est Mc 12, 5. maxima cum auctoritate, item ex idoneis testibus Mt 10, 28. et alibi. Contrariam rationem nomen *ιωαννης* habet. Ut enim nunc ex editione Ang. Maii intellegitur, Vaticanus liber ubique (ut videtur) *ιωανης* praebet, qua in scriptura passim assentientes habet evangeliorum codices DL. Ad quod accedit simile nomen *ιωανα* Lc. 8, 3 et 24, 10. nisi quod altero loco soli DL *ιωανα* tuentur, B vero *ιωαννα*.

Cum *εγκυνηόμενον* conferri potest *βαλλαντιον*, quod ubique duplicato λ edendum est, non *βαλαντιον*. Testimonia vide ad Lc 10, 4. etc.

1 Thess 5, 19. ζβεννις pro σβ. ex opt. test. dandum erat.

¹⁾ Alius plane generis sunt *γένημα* et *γέννημα*, quorum illud a *γενέσθαι*, hoc a *γενᾶσθαι* derivatum videtur. Illud quidem plena fere auctoritate recipiendum erat Mt 26, 29. Mc 14, 25. Lc 12, 18. 22, 18. 2 Co 9, 10. Hoc vero ubicumque est *γεννήματα* *εχιδνῶν* (apud Mt ter, apud Lc. semel), tantum non variat.

ενατος et *ενενηκοντα*, quae iam edi solebant, plenissimam ubique auctoritatem habent. Item *ενεοι*. Item *αραφος*. Contra salva testium auctoritate non licebat *αραβων* pro *αρραβων* substituere, quamquam 2 Co 1, 22. testimonia satis fluctuant. Contra cf 2 Co 5, 5. Eph 1, 14.

τεσσαρακοντα pro *τεσσαρακοντα* ubique recipiendum erat; constanter enim eam formam habent AB (D et in epp. FG $\bar{\mu}$) CLPA, quibus accedunt in epistulis DEH; passim etiam evangeliorum GM. Item plerumque recipiendum erat *τεσσαρα* et *τεσσαρας* (non *τεσσαρες*); nonnullis vero locis ut Io 11, 17. Act 27, 29. et bis vel ter in apocalypsi a nullo cod. *τεσσαρας* praebetur.

Pro *κραββατων* ubique maxima cum auctoritate *κραβατιων* ponendum erat. Cf ad Mc 2, 4. 9. et locos ceteros.

εσθων pro *εσθιων* ut in Novo Testamento ita saepe in Veteri graviter testatum est, nec erat quod a textu arceretur: cf Mc 1, 16. item (*κατεσθοντες*) Mt 12, 40.

ολεθρευων pro *ολοθρευων* Heb 11, 28. edendum erat, item *εξολεθρευθησεται* Act 3, 23. quae quidem scriptura etiam in antiquissimis LXX cdd. est testatissima. Contra vide de *ολοθρευτου* ad 1 Co 10, 10.

γυμνιτευμεν 1 Co 4, 11. cum AB^{*}CDEF (inde etiam Rich. Bntl. in suo exemplari notavit) G etc contra B^{**}L etc omnino debebat edi, quemadmodum iam Complutenses editores receperunt.

ειδέα pro *ιδέα* Mt 28, 3. auctoritate codicum ABCDEM etc edidi. Idem, cui tam affine est *ειδος*, alibi legitur ipsa metri ratione commendatum, quamquam adamant cum eo quod praecedat vitiosum habere.

εχθες auctoritate testium firmatum ubique pro *χθες* edimus. Cf ad Ioh 4, 52. Act 7, 28. Heb 13, 8.

De *εραναν*, *εξεραναν*, *ανξερανητα* iam dictum est supra. Quae forma, in antiquissimis LXX codicibus frequentissima nec alibi inaudita, nullo modo potest pro librariorum vitio haberi, sed est a deteriore Graecitate. In N. T. testes habet codd. ABCΓ; qui quod sibi non ubique constant, id ex librariorum emendationibus explicandum est, quibus iisdem fac-

tum est ut posteriores edd. ubique formam antiquae nobilitatis substitutam praebeant. Edidimus igitur *ερανηαν* etc. ubique, excepto Ro 8, 27.

Pergimus ad similem vulgaris sermonis licentiam in formis *εκαθερισθη, εκαθερισθησαν, εκαθερισεν* conspicuam. Neque has salva testium auctoritate licebat reicere, quemadmodum Mc 1, 42. *εκαθερισθη* codicum AB^{*}CGLΔ aliorumque testimonio utitur. Excepi pro paucitate testimoniorum (ΛX al et ALA) Lc 17, 14 et 17. Quod an recte fecerim dubito, ut iam ad Act 10, 15. significatum est.

Formam *πραυτης* pro *πραοτης* ubique edidimus cum idonea ut videtur auctoritate, quamquam non eodem ubique testium pondere praestat.

In voce *αλεις* vulgatum servavimus ubique: Mt 4, 18 et 19. Mc 1, 16 et 17. Lc 5, 2., quamquam *αλεις* scriptura et in Mc et in Lc plus auctoritatis habet quam apud Mt. Ceterum non satis mihi de Vaticano codice constat, qui testibus et Dresselio et Maio atque etiam Rulotta duobus Matthaei locis *αλεις* a prima manu habet; in Marco vero a Dresselio rursus *αλεις*, a Maio bis *αλεις* ab eadem manu habere dicitur. Contra in Luca nemo testatur vulgatum *αλεις*, ut etiam edidit Maius, a Vaticano deseri.

λεγων edidimus utroque Marci loco cum idonea ut videtur auctoritate: 5, 9. ex B^{*}CDLΔ; 5, 15. ex B (sed Maius testatur -a; suspicari licet -ε-) L (sic, non c) Δ. At ex editione Maii discimus etiam Lc 8, 30. ad DL eandem formam tuentes accedere B^{*} (*λεγειων*), neque aliter eum habere Mt 26, 53. quo loco in comm. praetermisimus notare *λεγωνων* ex L, item *λεγειωνης* (*) et *λεγειονας* (**) ex D. (Praeterea AL *λεγειωνων*.) Quae quum ita sint, pariter ubique *λεγων* edere praestat.

Difficilis in primis quaestio est quorsum liceat antiquissimorum codicum auctoritatem sequi ubi scriptura inter *ei* et *ε* fluctuat, quae quidem prae ceteris ex itacismo confundi notum est. Ineptum autem videbatur ubicumque fieri posset ipsos codices sequi, in hac vero re neglectis prorsus his ducibus editorum sequi consuetudinem vel etiam grammaticorum praecpta. Hinc consentaneum erat hac quoque in re usum codi-

dativi plur. 3. declin., quem locis aliquot tot testes absque ν quot cum ν exhibent. Sed in hoc quoque praestat, opinor, cum constantia quadam scripturam $-\nu$ tenere nisi ipsa auctoritate cogente ad aliud, quam ubique inter utramque fluctuare. Ita debebat Lc 7, 38. $\theta\rho\xi\nu$ cum ABEGKLPXΓΔΛ edi, non (cum Ln) $-\sigma$ ex DMU. Cf etiam Lc 2, 37. ubi ex AEXΓΔΔ $\delta\epsilon\eta\sigma\sigma\iota\nu$ recepimus, Ln $-\sigma$ ex DKLMU, accedente etiam B. 2 Cor 3, 3. unus A $\pi\lambda\alpha\xi$ bis habet, $-\xi\nu$ vero BCDFFG. Sed etiam Act 21, 33. ex DEH contra ABG, item Act 2, 22. ex CE contra ABD $-\nu$ edere maluimus constantiae causa. Duobus tantum (nisi fallor) locis $\delta\nu\sigma$ i dativum, non $\delta\nu\sigma\iota\nu$ scribendum duxi, quippe quem Lc 16, 13. ABDEFGHKLMRPUA $\delta\nu\sigma$ i, XΓΔ $\delta\nu\sigma\iota\nu$, item Mt 6, 24. tantum non omnes cdd. unc. $\delta\nu\sigma$ i scribant. Contra observavi $\epsilon\iota\kappa\omicron\sigma$ i etiam ante vocalem fere semper in antiquissimis cdd. haberi, quemadmodum plerumque etiam LXX interpretes in ipsa ed. Rom. (1 Sam 7, 2. 2 Sam 2, 20. 2 Reg 16, 2.) habent. Nimirum talia usui tyranno largienda et a nobis diligenter observanda videbantur.

Ad alterum transeo, quod ad formationis doctrinam spectat.

In declinatione nominum $\mu\alpha\chi\alpha\iota\rho\eta$, $\sigma\pi\epsilon\iota\rho\eta\varsigma$, $\sigma\nu\nu\epsilon\iota\delta\iota\upsilon\eta\varsigma$ ¹⁾, $\mu\omicron\nu\sigma\iota$, $\gamma\eta\rho\iota$, $\alpha\rho\tau\epsilon\mu\omicron\nu\alpha$, $\beta\alpha\theta\epsilon\omicron\varsigma$ ²⁾ (pro $\beta\alpha\theta\epsilon\omicron\varsigma$) et si quid aliud huius generis, ubi ex optimis testibus iisque plerumque haud paucis hauriri poterant, recepi. Singula vide in commentario.

$\Sigma\omicron\lambda\omicron\mu\acute{\alpha}\nu$ quod attinet, e consensu optimorum codicum ubique edendum est $\sigma\omicron\lambda\omicron\mu\acute{\alpha}\nu\omicron\varsigma$, $-\mu\acute{\alpha}\nu\alpha$, a quo ut passim discedamus non satis momenti habet quod Mt 1, 6. Δ $-\mu\omicron\nu\tau\alpha$ (recepit Ln ex errore de B), Mt 12, 42. cΔ $-\mu\omicron\nu\tau\omicron\varsigma$, Act 3, 11. AC $-\mu\omicron\nu\tau\omicron\varsigma$ (recepit Ln, $-\mu\omicron\nu\tau\omicron\varsigma$ BDE), Act 5, 12. A $-\mu\omicron\nu\tau\omicron\varsigma$ (rursus recepit Ln, $-\mu\omicron\nu\tau\omicron\varsigma$ BDE) praebent.³⁾

¹⁾ Ita etiam Exod 8, 21. 24. $\kappa\nu\nu\omicron\mu\iota\nu\eta\varsigma$, 1 Sam 25, 20. $\epsilon\pi\iota\beta\epsilon\theta\eta\kappa\iota\nu\eta\varsigma$ et ed. Rom. et mss. Item Exod 15, 9. $\mu\alpha\chi\alpha\iota\rho\eta$ et ed. Rom. et mss. Alia id genus multa ex editione et cdd. LXX proponi possunt.

²⁾ Item Sap. Sir 22, 7. ed. Rom.

³⁾ Similem scripturae constantiam sequi licebat in nominibus $\mu\omicron\iota\nu\sigma\eta\varsigma$ et $\kappa\alpha\phi\alpha\rho\iota\sigma\alpha\omicron\iota\mu$, quamquam multi passim testes $\mu\omicron\omega\sigma\eta\varsigma$ et $\kappa\alpha\pi\tau\epsilon\rho\alpha\sigma\iota\mu$ tenent. Aliter factum est in tribus nominibus his: $\nu\alpha\zeta\alpha\rho\epsilon\tau$ et $-\rho\epsilon\theta$,

Utramque formam et *Λύδδα* acc. Act 9, 32, 35. et *Λύδδης* genit. Act 9, 38. recepi, praesertim quum ex exemplis idoneis intellexissem utramque formam etiam Iosepho placuisse, qui quidem et *εἰς Λύδδα παρελθών* et *ἐπὶ Λύδδης* habet. Eadem ratio est vocis *Θνάττερα*, de qua vide comm. ad Apoc 1, 11.

Pertinent huc etiam *τὸ ἔλεος* et *τὸ πλοῖτος*, quae ubique edenda erant (quamquam *ἔλεον* quidem aliquoties etiam in uno vel altero antiquissimorum codicum legitur), item *τὸ ζῆλος* Phil 3, 6. cum *ΑΒΔ*FG*, quod 2 Co 9, 2. ex solo *Β* arripere nolui. Aliquot testes, quos singulis locis indicavimus, passim etiam *ο δειπνος* habent.

Accusativi nominum tertiae declinationis cum *ν* finali passim in optimis codicibus leguntur, alibi vero in cdd. secundi vel etiam tertii ordinis. Exempla plura adscripsimus ad locum ep. ad Hebr 6, 19. Unde quum concludendum sit recentiorem usum valuisse ad substituendam formam cum *ν*, sequitur nihil eiusmodi recipiendum esse nisi insigni auctoritate commendatum. Hinc *διαν* Act 14, 12 et *ασφαλῆν* Heb 6, 19. edidimus, item in apocalypsi *ποδηρῆν ἀρσεναν εἰκοναν μύραν*, ad quae recipienda fecit testium antiquissimorum penuria. Contra *μεζών*, quod Ioh 5, 36. a gravibus testibus exhibetur pro *μεζώ* non recepi. Apud Lachmannum quidem editum est. Fortasse etiam Rom 16, 11. *συγγενῆν* edendum erat.

In coniugatione verborum fere haec distinguenda sunt.

1) Quae ad augmentum spectant. Hoc a) passim prorsus negligitur, ut in *ομοιωθήμεν*, quod Rom 9, 29. cum idonea auctoritate edidimus (contra *ομοιωθη* apud Mt 13, 24. 18, 23. 22, 1. nusquam sat testium habet), in *καταισχυνθη, διερμηρευεν, εποικοδομησεν* (1 Co 3, 14. Etiam *οικοδομησεν* passim aliqua auctoritate valet, inprimis Act 7, 47. *Β* D* et Lc 7, 5. *С* D*). Alibi vero ita unus *Β** vel *С** vel *Λ**, alibi nullus.), *αγορθωθη*, item

γεννησαριε et *-ριεθ*, *βηθφαγη* et *βηθσαγη*: quae salva auctoritate testium non eodem ubique modo edi poterant. Observare tamen certe hoc licuit, ut evangelistarum quisque suum conservaret scribendi modum. Ita igitur *ναζαριε* ubique in Iohanne, *ναζαριεθ* ubique in Matthaeo edidimus. Et sic porro. Similiter singuli evangelistae, pro testium norma, inter *βηθσαιδα* et *βηθσαιδεν* fluctuant.

in *δεδωκει* Mc 14, 44. (*περιπεπατικει* Act 14, 8. multum auctoritatis habet, sed plus *περιεπατησεν*) *πεποικηκισαν*, *τεθεμελιωτο*. b) fluctuat inter *εν* et *ην*, ut in *ενχομηη* et *ηνχομηη*, *ευδοκισα* et *ηυδοκισα*, *ευφρανθη* et *ηυφρανθη*, *ευρισκον* et *ηυρισκον*, *ευφορησεν* et *ηυφορησεν*: quae quidem omnia prout testes iubebant edidimus. c) differt ubi plerumque est *ερρ.* ut *εραπισαν*, *εραβδισθην*, *ερυσατο*, *ερυσθην*, *εριμμενοι* (ut edidimus Mt 9, 36.; in codice D est *εριμμενοι*), *εραντισεν*, *εραντισμενοι*; d) inter *ει* et *η* fluctuat, ut in *κατιργασατο* et *κατεργ.*, *προσηργασατο*, *ηργαζετο* et *ειργ.*, *ειλωμενος*; e) fluctuat inter temporale et syllabicum in his tribus ut solet: *εμλλον* et *ημελλον*, *εδνηθηη*, *εδνατο* et *ηδην.*, *ηβουληθηη* et *εβουληθηη*; f) duplicatur, ut in *απεκατεσταθη*, *ηρεσχομηη*; g) non quod dicunt reduplicatur, ut in *εμνηστευμενη* (cf notam sub textu); h) transponitur, ut in *επροφητευσαν*. Praeterea *εορακα* plerisque locis a multis testibus exhibetur; passim recepi cum idonea auctoritate, ut Io 9, 37 et 20, 25. (ex *Β*ΕΘΙΚΛΜΧΔ* etc) Lc 9, 36.¹⁾ Augmentum verbi *ανοιγω* inter *ηνοιξα*, *ανεωξα* et *ηρεωξα* etc fluctuat.

2) Formationes temporum insolentiores, ut aor. secundi cum terminatione primi in *ειπα*, *επεσα*, *ηλθα*, *ιδα* vel *ιδα*, *ευραμηη*, *ειλαμηη*, *γεναμενος*²⁾; ut futurum *αναπαυσονται* et alia. Coniunctivus quidam futuri passim in codd. nonnullis invenitur, ut *κανθησωμαι*, 1 Co 13, 4. sed testatius est *κανθησομαι*, 1 Pe 3, 1. *κερδηθησονται* sed rursus longe praestat *κερδηθη-*

¹⁾ Huc multa ex LXX conferri possunt, alia in editis alia in mss. obvia: ut *απεκατεστη* Exod 4, 7. *ερισθησαν* ερισω 4 Reg 23, 18. Exod 5, 23. *ερωην* Exod 7, 10. *εμνηστευμενη* (hoc omnino contra antiquum morem fuisse videtur) Deut 22, 23. (eadem forma Protev. Iac. XIX, 1. cod. E) *επρονομευσαν* saepissime *ηργαζοντο* Exod 36, 4. et alibi saepe *επροφητευσαν* saepissime *επιβιβηκει* Num 22, 22. *δεδωκεν* 2 Reg 18, 11. etc. Cf etiam PP. Apost. ed. Dressel p. 402. martyr. Polyc. XVI, 2. *γεγονει* p. 316. Ps-Ign. ep. ad Heron. IV, 3. *γεγεννηκαν* p. 400. martyr. Polyc. XII, 4. *πεπληρωκει* p. 322. Ign. ep. interp. ad Eph. II, 4. *επαισχονθη* ex 3 edd. etc.

²⁾ Lc 14, 10. 17, 7. codd. optimi inter *αναπεσε* et *αναπεσαι* fluctuant. Sed illud prius a paulo pluribus confirmatum eo magis praeferrī debet quoniam *ανεπεσεν* 11, 37. 22, 14. haud dubie a Luca scriptum est, cui si *ανεπεσαμεην* (nec Iohanni, Marco, Matthaeo probatum) placuisse, non unum imperativum *αναπεσαι* placuisse probabile est.

σονται. Ad recipiendum vero, quod sciam, nusquam idoneus inventus est. Pertinet huc etiam quod futura *γελασω, κραξω, ακουσω, καταδουλωσω* et similia usitatoribus passim praeferuntur, et quod verba in *έω* cum verbis in *άω* commutantur, ut fit in *ελεωτος, ελεα, et ελλογα* (Phil 18.); rursusque formae ab *έω* verbis in *άω* substituuntur, ut *νικωνται* et *νικωντας* (utrumque in apoc.), vel *ηρωτων* (Mt 15, 23.) Item flexiones verbi personales, ut 2. pers. (*βουλει, σπει, δυνη, φαγεται, ειληφες, αφηκες, κεκοπιακες* (in apoc. 11, 17. 2, 4 et 3.); cf etiam Io 17, 7 et 8. ubi *εδωκες* in v legitur¹⁾); ut 3. pers. sing. *παρεδεδετο απεδετο*, in plurali perf. *ειρηκαν γεγοναν εωρακαν εγνωκαν*, in plur. aor. II. *ερχοσαν παρελαβοσαν*. Adde imperativos ut *αταβα, καταβα, αναστα, ειπον* (cf ad Mt 22, 17.); optativos *γνοι, δηη*; infinitivos *πειν, κατασκηνοι, αποδεκατον* (quae forma testes habet eod. v. Cantabr. D Clar.); participia ut *ειπας*, et alia. Verba in *μ* formas ab radice *έω* habent, cuiusmodi sunt *άφεις, άφιούσιν, συνιούσιν*.

3) Ad syntaxin plurima spectant, quorum pauca h. l. notasse sufficiat. Sunt autem huius generis multa quae viris doctis saepe non alia de caussa improbata sunt quam quod eadem quum aliis posterioris aevi scriptoribus tum maxime LXX interpretibus (praesertim si mss. antiquissima malis sequi quam quae editoribus placuerunt) in usu fuisse ignorabant. Ita *ινα, εαν, οταν* praeter coniunctivum non modo cum futuro (cf ad Mc 3, 2.), sed etiam cum indic. praes. construuntur, ut *ινα σωφρονιζουσιν, ινα γνωσκουσιν, ινα διωκονται; εαν δαριζετε²⁾; οταν ακουετε, οταν στηκατε, οταν μελλει*. Item *οταν* cum imperf. et aor. coniunctum invenitur, ut *οταν οψε εγενετο, οταν ηνοιξεν*.³⁾ Ita coniunguntur diversi modi continuo

¹⁾ Eandem formam cod. Sarr.-Voss. habet Num 16, 14 *εδωκες*; item cod. Alex. Exod 5, 22. *απισταλεις*, quemadmodum idem habet *εδιδετο* Exod 5, 13. *κατακαησοται* Esai 47, 14. *φαγεται* (cum ed. Rom.) Esai 60, 16. aliaque id genus multa modo consentiente modo dissentiente editione Rom. Cf etiam PP. Apost. ed. Dressel p. 314. ubi ad Ps-Ign. epist. ad Heron. 1, 9. *οιδες* ex duobus edd. notatum est.

²⁾ Hoc apud Lucam ut testatissimum recepi. Similia apud Paulum ut *εαν πορευομαι, εαν αποθνησκομην* non satis testata videbantur.

³⁾ Apud LXX *εαν προσφιερι* Lev 1, 14. *οταν ηρχετο* 1 Reg 17, 34. *οταν εισηρχετο* Gen 38, 9. *οταν κατεβη* Num 11, 9. *οταν επισκευαζει* Exod

se excipientes Mt 7, 6. *μηποτε καταπατησουσιν και ρηξουσιν* Lc 22, 30. *να εσθητε κ. πινητε - κ. καθισεσθε* Apoc 3, 9. *να ηξουσιν κ. προσκυνησουσιν και γρωςιν σι.*¹⁾ Inveniuntur constructiones ad sensum quas dicunt, ut *παιδαμων ος* Io 6, 9. *αι βλασφημια οσα ειεν βλασφημησωσιν* Mc 3, 28.²⁾ Similem rationem habent Lc 23, 53. *εγετυλιξεν αυτο - και ειθηκεν αυτον*³⁾; Mc 9, 26. *πνευμα - κραξας - σπαραξας*. Mt 12, 44. *το ακαθαρτ. πνευμα - και ελθων.*⁴⁾ Multa huc ex apocalypsi exempla addi possunt, quorum nonnihil nunc demum receptum est, ut 5, 12. *αξιος εστιν το αρνιον* 21, 14. *το τειχος εχων*. Sed eius libri frequentibus soloecismis, qui et ipsi in plurimis cdd. correcti sunt, similia perpanca (cf Phil 2, 1. *ει τις σπλαγγνα*) per reliquos Novi Testamenti libros inveniuntur. In interrogatione ponitur *σι* pro *τι σι* Mc 2, 16. 9, 11. 9, 28. (item apud LXX et alibi); item *ει* praefigitur interrogationi directae (item LXX Iudic 13, 11. *Εί σὺ εἶ*). Pronomen reflexivum *αυτον* etc ubique *αυτου* nusquam *αυτου* edidi. Illud enim non modo in cdd. uncial. VIII. IX. X. saeculi sed etiam in aliis multis (neque tantum in Ni Ti cdd.) fere constanter poni observavi. Quod ita recte scribi probant etiam exempla sat multa ubi praepositionibus iungitur; eae enim saepe non *εφ, αφ, μεθ, καθ, ανθ* etc sed

30, 7. (cod. Alex.) *οταν αντιλαμβανεται* (sic cod. Alex.) Ps 47, 4. *οταν ελαλουν αυτοις* Ps 119, 7. *οταν επλατινας την καρδ. μου* Ps 118, 32. Item cf *οταν τοις στρατιωταις αποδιδωσι* Ios. Ant. XII, 2, 3. *οταν φησιν* Phil 1, 109 et 120. *οταν γνωσθε οταν εις ιερουσα ηλθε* Phil. 2, 112. Phil 2, 252. *οταν ειδε* Phil 2, 584. *οταν ο λαος ηγνη την ζυμην* Eus. h. e. 5, 24. ex epist. Polycr. ad Vict (*οταν ηλιος τον λιγυκτρων μεσαζων αυξει την ημεραν* Ioh. Lyd. excerpt. 16. ed. Roether p. 23 sq). Item *οταν γενεσθε* Ign. ep. ad Eph. 13. (PP. Apost. p. 132.) *να ασετε* (ex 2 cdd.) ibidem 4. (ibidem p. 124.) *οταν ην παρ αυτω* Basilicor. t. VII. ed. Fabrot. 264, A *οταν τον περιμερανεν* ibidem 145, B *να διδωσιν* ibidem 147, B etc.

¹⁾ Cf Lev 10, 6. *να μη αποθανητε και εσται* Deut 29, 18. *να στηση -- και εσται*. Similia multa ex Basilicor. VII. congressimus in Nov. Test. Graece. Rencensuit Tischendorf. Par. 1842. Prol. p. XI.

²⁾ In LXX frequentissimae sunt, ut Deut 1, 39. *παιδιον οστις*, ibidem 4, 2. *τας εντολας οσα*, ibidem 5, 28. *λογων οσα ελαλησαν*

³⁾ Cf 1 Reg 13, 29. *ηρην το σωμα κ. επιθηκεν αυτο - κ. επιστρεψεν αυτον τον θνασι αυτου*

⁴⁾ Cf Lev 5, 15. *ψιχη εαν αυτου* 2 Reg 18, 36. *εντολη λεγων*

επ, *απ*, *μετ*, *κατ*, *αυτ* scripta inveniuntur. Ita Mc 5, 40 et 14, 33. Heb 6, 7. Apoc 9, 11. Item fit apud LXX interpretes (ipsa ed. Rom. plerumque *αὐτου*, raro *αὐτου* habet), ut 1 Reg 11, 20. *λαμβάνουσιν ἀνδρας μετ αυτων* (cod. Alex.); 2 Sam 2, 22. *εφερον μετ αυτων* (cod. Alex.); 2 Sam 13, 19. *τον χιτωνα τον επ αυτης διερχηξεν*; Indic 3, 23. *απεκλεισε τας θυρας κατ αυτου*; 2 Reg 3, 27. *ον εβασιλευσεν αυτ αυτου*. Cf etiam Philo II, 77, 37. Basilicor. tom. VII. ed. Fabrot. 884, B *κατ αυτους* 251, C *επ αυτου* (cod. Par. unde fluxit editio). *Τις* ponitur significatione relativi, ut Act 13, 25. *τινα με υπονοειτε ειναι, ουκ* (male enim *ειναι*; *ουκ* interpungitur) et alibi.¹⁾

Non alienum ab hoc loco est de usu verborum compositorum disserere, quae quemadmodum praepositionum frequentiam et similia scriptores sacri adamant. Sed hoc tantum moneo, homini critico in hac quoque re bene distinguendum ac videndum esse ne composita quaevis, modo aliquam auctoritatem habeant, simplicibus praeferenda putet. Dubitari enim nequit quum quin composita quaedam simplicibus usitatiora fuerint, tum quin librarii vel potius qui exemplaria sacra recognoscebant loco simplicium saepe composita posuerint, quo explicatiorem orationem redderent. Quod quum olim dixissem in Prolegg. N. T. Paris. 1842. p. XII. item in Stud. et Crit. Heidelb. 1842. p. 505., miror Winero (Gramm. p. 23.) dubium visum esse. At enim id fere non potest nisi ad apparatus criticum iudicari, unde, ut nonnihil exemplorum afferam, apparet *επερωταν* usitatius fuisse quam *ερωταν*, cf ad Mc 8, 5., *αποκρυπτει* passim substitutum esse pro *κρυπτει*, ut Mt 11, 25. 25, 18. item *απαρησασθαι* (quod Mt 16, 24. Mc 8, 34. non fluctuat) pro *αρησασθαι*, cf ad Lc 9, 23. Neque aliud ex apparatu ad interpretationem LXX virorum discitur, quemadmodum *εξεταζειν* substituitur pro *εταζειν* Deut 13, 14. 14, 14. 1 Chron 28, 9. *εξολοθρευειν* pro *ολοθρευειν* Deut 20, 20. *κατακαιειν* pro *καιειν* Deut 7, 25. *επισκιαζειν* pro *σκιαζειν* Num 10, 34. Deut 33, 12. *καταρασαι* pro

¹⁾ Item Sep. Sir. 6, 34. *τις σοφος; αυτω προσκολληθητι*.

αριστοι Num 22, 6. 23, 7. *συναθροίζειν* pro *αθροίζειν* Num 20, 2. (idem valet ad Lc 24, 33.) *καταπαυειν* pro *παυειν* Deut 32, 26. *καταφραγειν* pro *φραγειν* Deut 32, 42.

Denique ad haec quae de universis Novi Testamenti scriptoribus disputata sunt alia accedant oportet, ut quae singulis magis minusve propria videantur illustrentur. Ita Marcus praesentia adamat ubi alii praeteritis solent uti, cf priora tria capita, item 4, 1. 5. 15. item passim capite 5., item 6, 1; nec minus aoristo praecedente solet praesens ponere, cf 3, 12. 6, 8. 12. 41. 7, 26. 36. 8, 2. 30. Item ponit *ο πολυς* et *οι πολλοι* ubi *πολυς* et *πολλοι* satis videntur, cf 6, 2. 9, 26. 12, 36.; amat locutiones pleonasticas, ut *μετ αυτων συνακολουθειν* 5, 37. Ita Lucas prae ceteris omnibus mavult *απαντες* pro *παντες* scribere, adamat *δε και* in similibus ut *ομοιος δε και*, *ελεγεν δε και*, *εγενετο δε και*. Tamen talia etiam imitati sunt interpolatores, quemadmodum *επορ. δε και* 2, 41. solus D praebet, nec raro in Marco testes aliquot *οχλος* cum plur. composuere, quod ex ipsius Marci more est, cf 4, 1. 9, 15. Hanc in rem, quam nunc non persequar, quamquam omni qua poteram cura dudum aggressus sum, nuper a pluribus inquiri coeptum est; sed multum abest ut caussam ad exitum adduxerint aut certe profligaverint.

Sed haec disputata sunt. Grammatica enim Ni Ti scribenda videtur, si quis quaestionem quae est de dialecto Novi Testamenti ab omni parte absolvere velit. Neque id a studiis meis abhorret, quemadmodum dudum etiam ad excollendas grammaticas rationes Veteris Testamenti Graeci animum adverti. Sed scio his qui operam dent nec defuturos esse alios, inter quos nuper tam laudabiliter rem instituit Alexander Buttmannus, magni in hoc laborum genere nominis haeres. Hos nostris laboribus criticis quam plurimum adiutum iri spero ac magis etiam volo.

Sed restat ut tangam breviter accentus, spiritus cum signis similibus, item eam scripturae varietatem quae in coniungendis seiungendisque particulis quibusdam cernitur, item interpunctionem. Horum nihil ab edendi cura alienum esse constat; nos vero laboravimus ut etiam in his quem usum

antiquissimi codices haberent, exploraremus et ad nostram adhiberemus editionem.

Ac primum quidem attendimus ad accentuum usum, in quo quum multa fluctuent, non dubito quin non minima sit antiquissimis codicibus utcumque consentientibus auctoritas. Quum autem cdd. quarti, quinti, sexti ac fere etiam septimi saeculi scripturam accentibus adhuc vacuam prae se ferant, antiquissimi hac in re nobis testes sunt codices uncialis quos secundi ordinis diximus. Inter hos nescio an primo loco ponendus sit is cōdicis Claromontani corrector cui signum D*** dedimus, qui erat earum rerum haud dubie peritissimus suiue temporis vir doctus. Praeter hunc saepissime in usum nostrum convertimus cdd. evangeliorum ΕΓΗΚΛΜΥΩ*ΧΥΓΛ, item actorum Η, actorum et epistularum Λ. Ex codice evv. F multa eiusmodi adnotavit Iod. Heringa, ex B** Mico, ex V et minusculis Matthaeius. Unde quid rescivissem, saepe in ipso commentario scripsi, aliis pluribus in alium usum servatis; par est enim ea omnia separatim atque accuratius tractare. Pertinent huc ἀλεξανδρινόν et ἀλεξανδρινόν, βραδύτητα et βραδυτήτα, δεσμάς, δεσμάς, δέσμος (cf ad Mt 13, 30.), ἐστάται et ἐστάται, ἄρω et ἄρω, ἑκατονταρχῶν et ἑκατοντάρχων, ἑκατονταίτης et ἑκατονταετής, ἐρίθεια et ἐριθεία, θλίψις et θλίψις (-ί ubique nunc scripsimus pro cdd. auctoritate quae certe ad Ni Ti usum valet; cf ad Mt 24, 9 etc.) κρῖμα et κρίμα (-ί edidimus pro consensione antiquiss. testium; cf ad Mc 12, 40. et alibi) λῖνον et λῖνον, νίκος et νίκος, πούς et πούς, πρῶρα et πρῶρα, σπῖλοι et σπῖλοι etc. Item peregrina ut κορβαῖν, γολγοθᾶ etc. Inprimis autem huc pertinent nomina propria, ut Ἐπαινετὸν vel Ἐπαινετον, Διοτρεφῆς vel Διοτρέφης, Τυχηκὸς vel Τύχικος, Φιλιππὸς vel Φίλιππος etc: in his omnibus discrimen inter nomen propri. et nomen adiectivum quod grammaticis placuit, non confirmatur codicum auctoritate, quapropter nunc edidimus Τυχηκὸς Φιλιππὸς etc. Item Ἀπολλῶ et Ἀπολλῶ, Βηθσαγαή et -γή, Βαριωνᾶ et -ρά, Γεθσημανεὶ et -νεὶ, Ἰεριχώ et -χώ, Πιλάτος (maxima auctoritate firmatum, cf Mt 27, 13 etc.) et Ηιλᾶτος, Σέκουνδος et Σεκούνδος, Σολομών et -μών, Τίτος et Τίτος, Φηλίξ et Φηλιξ etc. Etiam in encliticarum usu malimus codicum rationem

habere quam unice quae plerumque praecipiantur sequi: quae de re non raro expositum est in ipso commentario. Hinc scripsimus *ισχυρότερός μου ἐστίν, ἡψατό μου τίς non ἦψ. μου τίς, τί σοι ἐστίν, καί εἰσὶν non καί εἰσιν Mt 19, 12. ποῦ ἐστίν, πρὸς σέ, ὑμεῖς ἐστέ* etc.

Nec raro locus erat de spiritu usu commentandi. Cf Mt 12, 17. Mc 7, 6. de *ἡσαιας* et *ἡσαιας*, Mt 21, 9. de *ὠσαννα* et *ὠσαννα*, Mt 11, 14. 16, 14. de *ἡλιας* et *ἡλιας*. Item huc pertinent *ἀβρααμ* et *ἀβρααμ*, *ὠσηέ*, *ἡλι* et *ἡλι* (cf Mt 27, 46.) *ἐρμωγένης* et *ἐρμωγ*. (cf 2 Tim 1, 15.) *ἀρμαγεδών* et *ἀρμ*. Hac in re non minimi momenti est Latinorum interpretum aliorumque ut Gothi Copti auctoritas. Puncta diaereseos quae vocant posuimus in *μωϋσης, διῦλιζοντες, λωιδι, πρωί, προῖμον* etc, quemadmodum in ipsis antiquissimis cdd. inveniuntur.

Coniunctim scribere maluimus *εἶπερ, εἶγε, καίπερ, μήπως, μήποτε* etc. Quod etsi vix licet ad cdd. uncialium normam exigere, in quibus singula verba non separari constat, tamen ab usu antiquissimorum cdd. minusculorum maiorem commendationem habet. Aliter fit in *ἀπ' ἄρτι, διὰ παντός, ἵνα τί, διὰ τί, ἐπὶ τὸ αὐτὸ, τοῦτ' ἔστιν*, quamquam et ipsi codices fluctuant.

Lachmannus edidit *λαθρα* et alia similia. Hoc certe nihil auctoritatis a codicibus habet. Dico antiquos odd. minusculos, quum antiquiores et unciales et minusculi iota subscriptum plane non habeant, nec magis fere adscriptum.

Magnam curam interpunctioni impendimus, quae res curiosius tractanti difficillima est. Quod raritati studebamus, id eam commendationem habet, quod quo antiquiores cdd. sunt, eo rarior interpunctio est. (Qua de re vide post.) Consentit hac in re editio nostra cum Lachmanniana magis quam cum prioribus, tamen sat multa inter utramque differunt. Commune cum Lachmanno etiam illud habemus, quod in locutionibus ut *γέγραπται Οὐκ, γέγραπται γάρ Κύριον, λέγων Ὁμοία* (aliter habet *λέγων ὅτι* etc) maiore littera usi sumus, mutato accentu, si quis praecedat, gravi cum acuto, abiecto vero interpunctionis signo. Hoc nobis propterea placebat quod perspicuitati orationis satis prospicitur, et colon quod plerumque in talibus ponitur (*λέγων Ὁμοία*), eum quem

propriam habet usum retinet. Nihilominus nova ista ratio vix retinenda erit, quippe quae nihil prorsus a codicibus auctoritatis habet. (In his esse solet *λεγων γέγραπται*)

Paucis nunc quaestionem de recensionebus textus Novi Testamenti recepturus primum repetam nonnulla de hac quaestione historica ex Prolegomenis primae editionis meae Lipsiensis, deinde, repetitis magna ex parte iis quae 1849. in altera ed. Lips. de his rebus exposita sunt, quid mihi maxime videatur breviter dicam.

Assiduis virorum doctorum curis in reperiundo vero Novi Testamenti textu positus ineunte saeculo decimo octavo Millius vir maxima industria testatus est, lectionum variantium quas vocant numerum explere triginta milia. Quibus in colligendis computandisque quamquam ille parum curabat quae leviora essent quae graviora, quae dubia quae aperte falsa, praetereaque illo tempore insigniora subsidia critica quibus nostra aetas gaudet multa deerant, tamen iam tum textus sacri varietas petita ex antiquis testibus certe inventa est tanta, ut brevi post Bengelius criticis faceret gratissimum, quod omnes illas lectiones in duas quasi nationes, Asiaticam et Africanam, discedere diceret. Ita enim et simpliciora fore criticorum studia et certius vel iustius iudicium spem movit. Nec defuere qui sagacissimi viri insisterent vestigiis. Ac primus quidem Semlerus sententiam eius tuitus est ita ut textus Graeci recensionebus, quod nomen ad significandas testium classes iam inde a Bengelii tempore inter criticos celebratur, saltem duas, alteram orientalem sive Lucianeam, alteram occidentalem s. Aegyptiacam s. Palaestinensem s. Origenianam, olim existitisse affirmaret, atque e codicibus Graecis, ex interpretationibus antiquis, e patribus ecclesiasticis certa textus documenta recensione utrique adsignaret.

Quae ingeniose magis asserta quam probabiliter demonstrata ratione et arte excoluit Griesbachius. Existimavit autem tres antiquitus textus Novi Testamenti recensione institutas esse, quarum primam occidentalem nominabat,

alteram Alexandrinam sive orientalem, tertiam Constantinopolitanam sive Byzantinam. Ita quae Bengelio Africana et Semlero occidentalis reliquisque signata nominibus fuerat, eam Griesbachius in duas, occidentalem et Alexandrinam, dispescuit. Ac simul hoc coniecit, has duas ortas esse medio saeculo aerae nostrae secundo, quo tempore libri Evangelistarum et Apostolorum τοῦ εὐαγγελίου et τοῦ ἀποστόλου nomine colligerentur primum, ita quidem ut occidentalis niteretur codicibus ante collectionem scriptis, quibus ipsis collectis superstrueretur Alexandrina; tertiam vero ex prioribus commixtam prodisse saeculo quarto et immutatam novis curis esse saeculis duobus iis quae subsecuta sunt.

Has Bengelii Semleri Griesbachii de recensionibus textus Novi Testamenti coniecturas Matthaeius circa initia huius saeculi non tam refutavit docte quam ridendo reiecit.¹⁾ Illud vero sane dolendum est, hominem doctissimum multisque circa Novi Testamenti codices laboribus meritissimum, quae vera ad imminuendam istarum recensionum praedicationem sensisse videtur, cavillando obtrectandoque tantopere obscurasse ut severo caussae examini tantum non nihil profuerit.

Contra magno cum studio in documenta textus sacri inquisivere duumviri huius saeculi et docti et ingeniosi, Hugius et Eichhornius, quorum ille paullo propius hoc ad Griesbachium accessit. Quae Hugius excogitavit fere haec sunt. Exstitit ad medium fere saeculum tertium vulgata quaedam librorum sacrorum editio, κοινή ἔκδοσις, cuius textus etsi singularem prae se ferebat indolem variisque iam a vero discrepabat modis, tamen nullis certis legibus compositus erat. Recensiones autem quae revera sunt comparatas novimus tres, quarum una Hesychii episcopi opera Aegyptiis data est, altera Luciani studiis prodiit in Asia, tertia denique Origeni seni debetur. Convenit in his inter Hugium et Griesbachium primum in rei summa de recensione occidentali, rectius ab

¹⁾ Cf. inprimis libellum eius: Ueber die sogenannten Recensionen welche der Herr Abt Bengel, der Herr Doctor Semler und der Herr Geheime Kirchenrath Griesbach in dem griech. Texte des N. T. wollen entdeckt haben. 1804.

illo *κοινή ἔκδοσις* usurpata, quippe quae ex ipsius Griesbachii sententia si verum quaeris non fuerit recensio; tum de recensione Alexandrina, quamvis Hugius magnopere refragante Griesbachio eam ad Hesychium auctorem referret; deinde de Constantinopolitana sive consentiente Griesbachio Lucianea; denique de Origeniana, nisi quod eam Griesbachius, quae gravis differentia erat, nullis Origeni concessis partibus, saeculo ortam quinto sextove recensione Byzantinae quasi posterioriorem partem quasi secundas curas habuit.

Eichhornius autem his de rebus sic sensit. Varietatem quandam sacri textus ipso primo saeculo collectis in Ponto epistulis Paulinis apparuisse, saeculo vero certe secundo duplicem textus conformationem pro terrarum per quas in hominum manibus erat diversitate, et Asiaticam et Africanam exstitisse, utramque plenam depravationibus sed nulla arte aut lege factam. Tertio vero saeculo duas vel etiam tres institutas esse textus recensiones, quarum unam Alexandrinam ab Hesychio, alteram Byzantinam sive Asiaticam a Luciano originem duxisse probabile sit, tertia ex his non uno modo conflata quorum potissimum studiis debeat lateat. Quae si integre iudicantur, haec fere inter Griesbachium et Eichhornium ratio intercedit. Ipso primo saeculo pertubatam esse textus veritatem et consensionem, Griesbachius quum non negaverit, tum eo videtur concedere coactus quod iam altero saeculo textui corrupto manum emendatorum accessisse censuit. Deinde quem Eichhornius textum secundi saeculi Asiaticum et Africanum perhibuit, is cum occidentali conferendus est Griesbachii. Ut ille enim neutrum arti et consilio deberi opinatus est, ita hic occidentalem voluit esse Hugii *κοινή ἔκδοσις* et communem quasi recensione subsequentium patriam. Qua quidem re Griesbachius deflexit aliquantulum a sua ipsius sententia: id quod Eichhornius, magnopere ab illo se dissentire praedicans, parum perspexisse videtur.¹⁾ In reliquis autem facile patet quam convenient, nisi quod Eich-

¹⁾ Cf. Eichhorn: Einleitung in das N. T. t. IV. p. 260 sqq. et Griesbachii commentar. critic. P. II. p. XXXXIII sqq.

hornius magis favet dubiis auctorum nominibus et quod serius provenisse Alexandrinam recensionem statuit.

Haec vero omnia ita comparata sunt ut textus historiam ex ingenio potius quam ex documentis historicis conficere videantur. Licet enim dubium non sit, testantur enim Hieronymus¹⁾ et Gelasii quod dicitur celebre decretum²⁾, Lucianum et Hesychium ut in Veteris ita in Novi Testamenti textu recensendo quod dicunt elaborasse, tamen nec quibus illi modis in ea re usi sint nec quam vim habuerint in textu ubique terrarum pervagato aut a veteribus traditum est aut aliunde luculenter probare possumus; Origenis vero recensio non debetur nisi ingenio Hugii³⁾. A ratione vero ipsorum documentorum omnium quae ad nos pervenere si proficiscimur, dubium nec illud est quasdam horum testium classes distinguendas esse, in evangeliiis quidem maxime, multo minus in apocalypsi quam in reliquis libris, magis etiam in epistulis Paulinis et in actibus quam in catholicis epistulis, conspiciendas illas quidem eo quod plures testes quum indole universa tum lectionibus singulis plurimis prae reliquis omnibus consentiant. Quas si Alexandrinae et Latinae, Asiaticae

¹⁾ In epist. ad Damasum haec de Novo Testamento scribit; „Hoc certe cum in nostro sermone discordat et in diversos rivulorum tramites ducit uno de fonte quaerendum. Praetermitto eos codices quos a Luciano et Hesychio nuncupatos paucorum hominum asserit perversa contentio, quibus utique nec in toto veteri instrumento“ (de qua re idem exponit adv. Ruff. lib. II. c. 27.) „post LXX interp. emendare quid licuit nec in novo profuit emendasse, cum multarum gentium linguis scriptura ante translata doceat falsa esse quae addita (?) sunt.“ Rursus de vir. illustr. c. 77. habet: „Lucianus tantum in scripturarum studio laboravit ut usque nunc quaedam exemplaria scripturarum Lucianea nuncupentur.“

²⁾ Cf. Decret. P. I. dist. XV. § 27. ubi est: „Evangelia quae falsavit Lucianus apocrypha; evangelia quae falsavit Hesychius apocrypha.“

³⁾ „Adamantii et Pierii exemplaria“, si aliud quid quam quae illi manu sua scripserant aut adhibuerant Hieronymo visa essent, debet accuratius dicere, nec silentio praeterisset quum de Luciano et Hesychio diserebat. Nec vero magis ipse Origenes favet coniecturas Hugii comm. in Mt. XV, 14. (Delarue III. p. 671.) Ubi quae vetus interpres addidit: „In exemplaribus autem Novi Testamenti hoc ipsum me posse facere sine periculo non putavi“, cum magna probabilitate dixit ille quidem, quamquam omnino de suo addidisse censendus est.

et Byzantinae nominibus insignire placet, ut non tam quattuor singulas quam duo paria ponamus, multa possunt ex testibus peti et iam sunt petita, quae quam id recte fiat ostendant, etsi nec deerunt quibus inventae rationes impediuntur. Debebimus autem, ut quod sentio breviter dicam, Alexandrinam dicere quae inter Iudaeochristianos orientis celebrabatur, quorum ut ipsorum apostolorum sermo Graecus maxime pendeat a versione LXX interpretum; Latinam quae a Latinis adhibebatur, sive Latina sive Graeca potissimum lingua utebantur; Asiaticam quae potissimum Graecis sive per Asiam sive in ipsa patria degebat probabatur; Byzantinam denique quae ab ecclesia per Byzantinum regnum diffusa legebatur sensimque, quo arctiore sensim singulae ecclesiae partes vinculo coniungebantur, ad publicam quandam unitatem perducebatur. Qua in re per se clarum est qui factum sit ut Byzantina exemplaria Asiaticam sive Graecorum maxime rationem reciperent; Alexandrina vero et Latina¹⁾ quo vinculo coniunctae fuerint, ad ea iudicari poterit quae infra de Latinis interpretationibus breviter dicemus, probaturi primos interpretes Latinos - interpretes dicimus quum varios Novi Testamenti libros non eundem interpretem habuisse credendum sit - ab Africanis omnino exemplaribus pependisse. Iam vero de origine harum classium difficillima quaestio est: nec enim satis est urgere diversitatem terrarum per quas textus propagabatur; haec enim diversitas nequaquam tanta aut tam integra cogitari potest; accedit quod diserte relatam legimus in ipsa antiquitate alterius terrae codices in alteram transvectos esse, quemadmodum Constantinus Eusebio Caesareensi, Constantinus Athanasio Alexandrino praeceperunt ut exemplaria eleganter et accurate descripta ad Byzantinos mitterent; nec denique patres, quorum patriam novimus, talem classium rationem confirmant. Propterea cum

¹⁾ De harum ratione iam dudum probabiliter scripsit G. F. Rinck in libro bonae frugis cui titulus est: *Lucubratio critica in acta app. epp. cath. et Paulinae*, in qua de classibus librorum mss. quaestio instituitur, descriptio et varia lectio septem eod. Marcianorum exhibetur, atque observationes ad plurima loca cum apostoli tum evv. diiudicanda et emendanda proponuntur. Basileae 1830.

diversitate regionum coniuncta poni debebunt certa textum emendandi studia, etsi quorum fuerint nunquam satis definiri poterit; referenda autem erunt ad ipsa duo prima rei Christianae saecula, quorum ab ingenio minime illa abhorrere mihi quidem certum est. Maximi vero momenti illud est, Byzantinam quidem classem - minus enim recensionis nomen convenit - in recentiorum codicum Graecorum ingenti copia conspicuam esse, item Latinam in Latinis atque per evangelia actus epistulas Paulinas etiam in Graecis Latinis documentis, quamquam et ipsam magna lectionis varietate laborantem; Alexandrinam vero et Asiaticam, si urgemus id quod a studio est nec universae rationis acquiescimus similitudine, unde in primis petas paucissima superesse documenta, unde illibatam sumas nullum. Nec temere est quod cum Griesbachio dixerunt, in antiquissimis aliquot testibus nostris, ut in codice Alexandrino, alios libros ab aliis paullo diversam textus indolem referre: quippe enim diu antequam scriberentur, sive quintum et sextum sive quartum saeculum ponimus, diversa exemplaria circumferebantur, quae primis maxime saeculis constat non totum complexos esse Novum Testamentum sed singulos aliquos libros.

Quae quum ita sint, sequitur exercenti rem criticam summa opus esse cautione in adhibenda classium sive recensionum distinctione: quam ut summam normam aut fundamentum ponere et temerarium et frustra est; a qua quidem re haud aliena erat C. Lachmanni ratio, etsi is ab ipso vero textu proponendo abstinere se libere professus est. Si vero praecipitur in textu ad pristinam integritatem revocando, praesertim si de universo colore grammatico, ut ita dicam, quaeritur, primo loco testes habendos esse Alexandrinos, ultimo Byzantinos, id multo minus in recensionum rationibus positum est, quam in eo quod qui Alexandrinorum nomine audiunt, iidem fere testium omnium superstitem sunt antiquissimi; Byzantini vero locis dubiae lectionis per se reprobari non possunt nisi quibus clarum est eos ex antiquioribus mixtum praese ferre textum, vel nullo certo magnae antiquitatis teste aucti exadversus antiquiores testes consentientes stant.

Quae Scholzius ab anno inde 1820, ubi edidit *Curas criticas in historiam textus evangeliorum*, usque ad annum 1830, ubi scripsit *Novi Testamenti sui Prolegomena*, a Griesbachio Hugio Eichhornio diversa in medium protulit, probaturus Byzantinos quos diximus testes, quippe ab antiquissimis Asiaticis sive potius ab ipsis apostolorum autographis cum fide praecipua derivatos, ceteris omnibus praestare textumque ab apostolico proximum conservasse, ea in *Prolegomenis* editionis meae primae, quae etiam separatim sub titulo: „*De recensionibus quas dicunt textus Novi Testamenti, ratione potissimum habita Scholzii*“ anno 1840. prodierunt, uberrime refutavi nec digna sunt quae iterum pertractem. Illi quidem triumviri cum studio inquisiverant et ingeniose excogitaverant, Scholzius ex lubricitate omnia contorsit et ingenii nil nisi temeritatem habebat. Erat vero ipsa causa, quam agebat, defensore melior: Byzantinos enim codices ut aetate inferiores non omnino reprobandos esse nec magis Aegyptios pro aetatis laude qua praestant unice probandos, luculenter doceri poterat spreto ineptis Scholzii argumentis et conclusionibus. Ceterum post suam ipse mutavit sententiam; anno enim 1845. in dissertatione de virtutibus et vitis utriusque codicum N. T. familiae professus est, „si nova Novi Testamenti editio paranda esset, plerasque codicum Alexandrinorum lectiones illas quas in margine interiore textui editionis suae subiecta Alexandrinas dixit, in textum se recepturum. Eodemque anno in libro suo: *Einleitung in die heiligen Schriften* etc. mirum in modum cum pristinis suis nova cum aliorum tum maxime mea permiscuit. Quod quamvis fecerit ratione non reddita unde meliora doctus esset, tamen satis habeo meliora eum didicisse, et quae contra ipsum disputaveram tantopere ei probata esse ut iam despectis suis ipsi sibi adsciverit. Nova quidem quae facerent ad difficultatem quaestionis solvendam prolata ab eo non vidi, nisi forte memorabile est quod formas *ἀλλὰ* pro *ἀλλ'*, *οὐδὲ* pro *οὐδ'*, *μετὰ* pro *μεθ'*, *τεσσαράκοντα*, *ἐκαθερίσθη*, *παρεδίδοτο*, *κεκοπίανες*, *νικούντι*, *ἐραννῆ*, *οὐτως* et *τ ἐφελκιστ.* ante consonam tam confidenter reiecit ut scriberet: „Non operae praetium est diutius commorari in

his peccatis contra recte scribendi rationem: doctissimorum enim virorum auctoritate iure acquiescere possumus, omnium fere gentium viri graecae linguae peritissimi graecarumque grammaticarum auctores eruditissimi mecum consentiunt, ead. eos quibus insunt peccata illa correctis non accensendos esse.“

Nuper autem exstitit recensionum textus quas Griesbachius cum ceteris invenit ac defendit acerrimus adversarius I. G. Reiche vir S. Ven. Libris duobus hac de re scriptis, quorum alter titulum habet: Codicum mss. N. T. Graecorum aliquot insigniorum in bibliotheca Regia Parisiensi asservatorum nova descriptio et cum textu vulgo recepto collatio, praemissis quibusdam de neglecti codicum mss. N. T. studii causis observationibus, Gotting. 1847, alter: Commentarius criticus in N. T. quo loca graviora et difficiliora lectionis dubiae accurate recensentur et explicantur. Tom. I. Gotting. 1853, luculentur probavit quantopere rationes illorum vacillarent. Qua in re me ipsum, quemadmodum ex iis quae modo disputavimus sequitur, satis consentientem habet. Videndum vero est ne vitatis aliorum erroribus in contrarias peccemus partes. Ad ea quae supra de vero illarum recensionum usu critico dicta sunt quadrant Reichii verba in praefatione commentarii critici p. V sq. haec: „unde ultro sequitur, hac ratione subsidiorum nostrorum auctoritatem et usum definiri regulasque criseos generales scribi non posse. Quare etiam novam Lachmanni rationem, qui, opinione de duabus textus Novi Testamenti conformationibus in oriente et in occidente divulgatis, omnibus nostris N. T. documentis antiquioribus et in iis varie propagatis, a Griesbachio confidentius quam cautius adoptata, unam esse critici N. T. textum e librorum fide constituentis curam et officium, duplicem illum textum ut antiquissimum qui ad nos pervenerit e paucis purioribus utriusque fontibus eruere et externam lectionum variarum auctoritatem, prout ad alterutram maiore minoreque testium consensu referri debeant, definire, nuper posuit, haud meliori fundamento niti, artemque criticam hac via procedentem potius in transversum agi quam finem suum melius ac certius assequi arbitror.“ Commentarii critici to-

num primum epistulas Pauli ad Romanos et utramque ad Corinthios continentem diligenter legi, nec raro iudicii critici inde subsidium habui; rursus vero quae nimia ab aliis tribuitur antiquissimis codicibus laus passim nimium valuisse videtur ad defendenda quae contra stant.

Ordo singulorum librorum Novi Foederis nec in antiquis documentis nec in patrum scriptis ubique idem est. Quattuor quidem evangelistae quo ordine edi solent: Matthaeus Marcus Lucas Iohannes, is ut in omnibus fere Graecis codicibus est, ita ab antiquissimis inde temporibus multorum, ut auctoris canonis cuius fragmentum Muratori reperit, ut Irenaei, Origenis (cf Eus. h. e. 6, 25.), Gregorii in iambis ad Seleucum, Athanasii (in epist. test. 39.), ut Augustini, Hieronymi, Ruffini testimonio confirmatur. Contra differunt antiquissimi aliquot Latinae ecclesiae codices, et quidem codices Vercellensis Veronensis Palatinus Corbejensis, Brixianus, Monacensis (i. e. apud nos a b e f ff² q), item Cantabrigiensis Graecus Latinus, in quibus Matthaeum Iohannes excipit, sequentibus Luca et Marco. Eundem evangeliorum ordinem Druthmarus in exemplari Hilarii Pictavensis se reperisse testatur. Nec longe ab eo discedit stichometria codicis Claramontani, quae quum Barnabae epistolam, Pastorem Hermae, actus Pauli, Petri revelationem cum canonicis coniuncta (vide infra) exhibeat, ad summam antiquitatem referenda videtur. Ea evangelistas sic ordinat ut Matthaeus primum, Iohannes secundum, Marcus tertium, Lucas quartum locum teneant. Satisfacit ille Latinorum usus celebri Tertulliani dicto adv. Marcionem scribentis (4,2): „Fidem ex apostolis Iohannes et Matthaeus insinuant, ex apostolicis Lucas et Marcus instaurant.“ Rursus vero ordinis a Tertulliani praecepto satis diversi vestigium nobis superest in fragmentis evangeliorum Marci et Matthaei antiquissimus ex Bobbiensi monasterio Taurinum perlatis: ibi enim Marcum Matthaeus excipit. Alium etiam ordinem evangelia tenent in antiquissimo codice Syriaco Nitriensi, quem nuperrime edidit S. Ven. Guil. Cure-

ton; in eo enim post Matthaeum et Marcum Iohannes ponitur, quarto vero loco Lucas.

Actuum locus post evangelia testatissimus est, confirmantibus fragmento Muratorii, Irenaeo, Origene, Athanasio, nisi quod passim post epistulas Paulinas reperitur, quo loco etiam Ludolfus ex canone Abyssinico exhibet; in stichometria vero Claromontana apocalypsin Iohannis excipiunt, in canonibus qui dicuntur apostolicis post Pauli itemque catholicas epp. recensentur. Eundem ordinem testatur codex Cantabrigiensis; breve enim quod superest epistolae tertiae Iohannis fragmentum subscriptionem habet (vide ad initium act. app. pag. 1.) ex qua tertiam Iohannis epistolam actus apostolorum excipiunt. In nomocanone Barhebraei ab A. Maio in Script. vet. nov. collect. tom. 10. parte 2. pag. 54. actus apostolorum ultimum locum tenent. Totus autem librorum Novi Testamenti index a Barhebraeo hunc in modum datur: „Quattuor evangelia. Quattuordecim epistolae Pauli. Duae Petri. Tres Iohannis. Una Iacobi. Una Iudae. Octo libri mysticorum eiusdem Clementis et actus nostrorum apostolorum.“

Post actus qui locus est, is modo a Paulinis modo a catholicis epistulis occupatur. Paulinas quidem eo loco recenset Eusebius; nec id aliter videtur fieri potuisse antequam septem catholicae epp. in canonem publice receptae essent. Faciebat vero postea quoque cum Eusebio ecclesia Latina, quemadmodum praeter patres et canonem concilii Carthaginiensis tertii a. 397. codex Amiatinus aliique Vulgatae codices vetustissimi testantur. Contra catholicis epistulis qui hunc locum assignant testes sunt longe gravissimi; non modo enim cdd. unciales qui totum Novum Testamentum continent omnes, i. e. ABC, itemque minusculi plerique in ea re consentiunt, sed accedunt etiam Athanasius, Cyrillus Hierosolymitanus, concilium Laodicenum a. 364. Quem eundem ordinem apud Nestorianos servari, Ebedjesu auctor est. Atque horum quidem testimoniorum gravitas tanta esse videbatur ut et ipsi sequeremur, praesertim quum hunc ordinem lectoribus commodiorem quam vulgarem fore spes esset.

Epistolae catholicae ex quo tempore communiter in canonem receptae sunt, magno consensu veterum testium, ut praeter codices concilii Laodicensi a. 364., Athanasii, Cyrilli Hierosolymitani, Hieronymi, eo exhibentur ordine quo Iacobus primus est, alter Petrus, Iohannes tertius, quartus Iudas. Stichometria vero Claromontana cum canonibus apostolicis praeposit Petrum, sequentibus in stichometria Iacobo Iohanne Iuda, in canonibus Iohanne Iacobo Iuda.

Ordo epp. Paulinarum in aliquot certe partibus fluctuat, tamen magis apud veteres quam in codicibus. In ipsis quidem edd. inprimis variat locus epistolae ad Hebraeos: quae de re uberius expositum est infra pag. 555. ad initium epistolae. Vulgatus ordo, quem nec ipse deserendum duxi, iam a concilio Hipponensi a. 393. et quod quattuor annis post habitum est Carthaginiensi, item ab Epiphonio, iambris ad Seleucum et a constanti Latinorum consuetudine auctoritatem repetit. Codices vero nostri antiquissimi ABCH aliique plures una cum concilio Laodicensi a. 364., canonibus apostolicis, Athanasio, Cyrillo Alexandrino, Euthalio aliisque eum testantur ordinem ex quo alteram ad Thess. excipit, sequentibus epistulis quas vocant pastoralibus. Alias loci eiusdem epistolae rationes ex Vaticano codice et versione Sahidica haustas vide infra pag. 555 sq. Prorsus deest in stichometria Claromontana; nec id casu factum esse, quemadmodum excidisse videntur ad Thessalonicenses epistolae et ad Philippenses, probabile inde fit quod ipsam ad Hebr. epistolam codicis scriptor post stichometriam demum exhibuit, ita ut in antiquiore unde pendebat exemplo plane defuisse putanda sit. In fragmento vero Muratorii nomine epistolae ad Alexandrinos significari videtur, quae quidem post epistolam ad Philemonem, interiecta insuper ad Laodicensos epistula (cf infra pag. 553. ad finem epistolae ad Philemonem), recensetur. Reliquas quod attinet epistulas, in codicibus Claromontano et Monacensi, item in Fuldensi aliisque Vulgatae codd. duae ad Thess. epistolae excipiunt epistolam ad Philippenses, quae ipsa in Claromontano post epist. ad Coloss. collocata est. Fuldensis vero codex post epp. ad Thess. epistolam ad Coloss.

habet. Praetereo alia. Sed non praetereundus videtur ordo quem ante medium saeculum secundum in collectione sua instituit Marcion. Qua de re Epiphanius haec scripsit: *αἱ δὲ ἐπιστολαὶ αἱ παρ' αὐτῷ λεγόμεναι εἰσὶ πρώτη μὲν πρὸς Γαλάτας, δευτέρα δὲ πρὸς Κορινθίους, τρίτη πρὸς Κορινθίους δευτέρα, τετάρτη πρὸς Ῥωμαίους, πέμπτη πρὸς Θεσσαλονικεῖς, ἕκτη πρὸς Θεσσαλονικεῖς δευτέρα, ἑβδόμη πρὸς Ἐφεσίους (vide post), ὀγδόη πρὸς Κολοσσαεῖς, ἐνάτη πρὸς Φιλιμόνα, δεκάτη πρὸς Φιλιππησίους. Insuper addit: ἔχει δὲ καὶ τῆς πρὸς Λαοδικεῖας λεγομένης μέρη. At videtur potius Marcion epistolam ad Ephesios habuisse inscriptam ad Laodiceos: quam ad rem cf Tertulliani testimonium pag. 441. ad initium epist. ad Eph. Cf Epiph. Opp. ed. Petav. Par. 1622.*

Cum in continuo evangeliorum textu adnotatae sint Ammonii sectiones cum canonibus Eusebii, quod summae antiquitatis Christianae monumentum, ad mutuas evangelistarum rationes docendas aptissimum, in longe plerosque codices quum Graecos tum Latinos aliosque a quarto inde saeculo transisse constat, consentaneum est ut celebres Eusebii hac de re literas Carpiano datas adponamus, additis una ipsis canonibus Eusebii.

Ἐὐσέβιος Καρπιανῷ ἀγαπητῷ ἀδελφῷ ἐν κυρίῳ χαίρειν.¹⁾

Ἀμμόνιος μὲν ὁ Ἀλεξανδρεὺς πολλὴν ὡς εἰκὸς φιλοπονίαν καὶ σπουδὴν εἰσαγωγῶς τὸ διὰ τεσσάρων ἡμῖν καταλελοιπεν εὐαγγέλιον, τῷ κατὰ Ματθαῖον τὰς ὁμοφώνους τῶν λοιπῶν εὐαγγελιστῶν περικοπὰς παραθείς, ὡς ἐξ ἀνάγκης συμβῆναι τὸν τῆς ἀκολουθίας εἰρημὸν τῶν τριῶν διαφθαρήναι ὅσον ἐπὶ τῷ ὕψει τῆς ἀναγνώσεως· ἵνα δὲ σωζόμενον καὶ τοῦ τῶν λοιπῶν δι' ὅλου σώματός τε καὶ εἰρημῶ εἰδέναι ἔχουσ τοὺς οἰκείους ἐκάστου εὐαγγελιστοῦ τόπους, ἐν οἷς κατὰ τῶν αὐτῶν ἠρέχθησαν φιλαλήθως εἰπεῖν, ἐκ τοῦ πονήματος τοῦ προειρημένου ἀνδρὸς εὐληθῶς ἀφορμὰς κατ' ἑτέραν μέθοδον κανόνας δέκα τὸν ἀριθμὸν διεχάραξά

¹⁾ Textum saepe ab aliis editum recensui ad plures codd. mss., inprimis codicem evangg. M (saec. 9.) et codicem Tischend. IV. in bibl. univ. Lips. (saec. 10.).

σοι τοὺς ὑποτεταγμένους. ἂν ὁ μὲν πρῶτος περιέχει ἀριθμούς ἐν οἷς τὰ παραπλήσια εἰρήκασιν οἱ τέσσαρες, Ματθαῖος Μάρκος Λουκᾶς Ἰωάννης· ὁ δεύτερος, ἐν ᾧ οἱ τρεῖς, Ματθαῖος Μάρκος Λουκᾶς· ὁ τρίτος, ἐν ᾧ οἱ τρεῖς, Ματθαῖος Λουκᾶς Ἰωάννης· ὁ τέταρτος, ἐν ᾧ οἱ τρεῖς, Ματθαῖος Μάρκος Ἰωάννης· ὁ πέμπτος, ἐν ᾧ οἱ δύο, Ματθαῖος Λουκᾶς· ὁ ἕκτος, ἐν ᾧ οἱ δύο, Ματθαῖος Μάρκος· ὁ ἕβδομος, ἐν ᾧ οἱ δύο, Ματθαῖος Ἰωάννης· ὁ ὄγδοος, ἐν ᾧ οἱ δύο, Λουκᾶς Μάρκος· ὁ ἕνατος, ἐν ᾧ οἱ δύο, Λουκᾶς Ἰωάννης· ὁ δέκατος, ἐν ᾧ ἕκαστος αὐτῶν περὶ τινῶν¹⁾ ἰδίως ἀνέγραψεν. αὕτη μὲν οὖν ἡ τῶν ὑποτεταγμένων κανόνων ἰσότητες. ἡ δὲ σαφὴς αὐτῶν διήγησις ἐστίν²⁾ ἢ δε. ἐφ' ἑκάστῳ τῶν τεσσάρων εὐαγγελίων ἀριθμὸς τις πρόκειται, κατὰ μέρος ἀρχόμενος ἀπὸ τοῦ πρώτου, εἴτα δευτέρου καὶ τρίτου, καὶ καθ' ἑξῆς προῶν δι' ὅλου μέχρι τοῦ τέλους τῶν βιβλίων³⁾· καθ' ἕκαστον δὲ ἀριθμὸν ὑποσημειώσεις πρόκειται διὰ κινναβάρεως, δηλοῦσα ἐν ποίῳ τῶν δέκα κανόνων κείμενος ὁ ἀριθμὸς τυγχάνει. οἷον εἰ μὲν α', δηλὸν ὡς ἐν τῷ πρώτῳ· εἰ δὲ β', ἐν τῷ δευτέρῳ· καὶ οὕτως⁴⁾ μέχρι τῶν δέκα. εἰ οὖν ἀναπτύξας ἐν τι τῶν τεσσάρων εὐαγγελίων ὑποσημειώσῃς βουλῆθεὶς ἐπιστήσαι⁵⁾ τινι ᾧ βούλει κεφαλαίῳ, καὶ γινώσκαι τίνες τὰ παραπλήσια εἰρήκασιν, καὶ τὸν οἰκίον ἐν ἑκάστῳ⁶⁾ τόπῳ εὑρεῖν, ἐν οἷς κατὰ τῶν αὐτῶν ἠνέχθησαν, ἧς ἐπέχεις περικοπῆς ἀναλαβὸν τὸν προκείμενον ἀριθμὸν, ἐπιζητήσας τε αὐτὸν εἶδον ἐν τῷ κανόνι ὃν ἡ διὰ τοῦ κινναβάρεως ὑποσημειώσεις ὑποβέβληκεν, εἴσῃ μὲν ἐνθὺς ἐκ τῶν ἐπὶ μετώπῳ τοῦ κανόνος προγραφῶν ὁπόσῳ τε⁷⁾ καὶ τίνες περὶ οὗ ζῆται⁸⁾ εἰρήκασιν· ἐπιστήσας δὲ καὶ τοῖς τῶν λοιπῶν εὐαγγελίων ἀριθμοῖς τοῖς ἐν τῷ κανόνι ᾧ ἐπέχεις ἀριθμῷ παρακειμένοις, ἐπιζητήσας τε αὐτοὺς εἶδον ἐν τοῖς οἰκείοις ἑκάστου εὐαγγελίου τόποις, τὰ παραπλήσια λέγοντας αὐτοὺς⁹⁾ εὐρήσεις¹⁰⁾.

¹⁾ Alii περὶ τίνων ἕκαστος αὐτῶν

²⁾ Cod. Tisch. ἐστιν omittit.

³⁾ Alii τοῦ βιβλίου

⁴⁾ Alii οὕτω καθ' ἑξῆς

⁵⁾ Alii ἐπιστήσαι

⁶⁾ Cod. Tisch. οἰκίον ἐκάστου

⁷⁾ Alii τε omittunt.

⁸⁾ Alii τίνες τὰ παραπλήσια εἰρήκασιν

⁹⁾ Alii omittunt αὐτοὺς.

¹⁰⁾ Codd. addunt ἔγρησο ἐν κυρίῳ.

CANON I, IN QUO QUATTUOR				Mt	Mc	Lc	Ioh
				276	158	74	98
Mt	Mc	Lc	Ioh	280	162	269	122
8	2	7	10	284	165	266	55
11	4	10	6	284	165	266	63
11	4	10	12	284	165	266	65
11	4	10	14	284	165	266	67
11	4	10	28	289	170	275	126
14	5	13	15	291	172	279	156
23	27	17	46	294	175	281	161
23	27	34	46	295	176	282	42
23	27	45	46	295	176	282	57
70	20	37	38	300	181	285	79
87	139	250	141	300	181	285	158
87	139	250	146	302	183	287	160
98	96	116	40	304	184	289	170
98	96	116	111	306	187	290	162
98	96	116	120	306	187	290	174
98	96	116	129	310	191	297	69
98	96	116	131	313	194	294	172
98	96	116	144	314	195	291	166
133	37	77	109	314	195	291	168
141	50	19	59	315	196	292	175
142	51	21	35	318	199	300	176
147	64	93	49	320	200	302	178
166	82	94	17	320	200	302	180
166	82	94	74	325	204	310	184
209	119	234	100	326	205	311	188
211	121	238	21	326	205	313	194
220	122	239	77	328	206	314	196
220	129	242	85	331	209	315	197
220	129	261	88	332	210	318	197
244	139	250	141	334	212	321	201
244	139	250	146	335	214	324	199
274	156	260	20	336	215	317	198
274	156	260	48	336	215	319	198
274	156	260	96	343	223	329	204

Decem Eusebii canones.

LXXVII

Mt	Mc	Lc	Ioh	Mt	Mc	Lc	Ioh
348	227	332	206	352	231	336	209
349	228	333	208	352	231	336	211

CANON II, IN QUO TRES				Mt	Mc	Lc	Mt	Mc	Lc
				103	1	70	194	108	219
Mt	Mc	Lc		114	24	41	195	109	220
15	6	15		116	25	42	198	110	221
21	10	32		116	25	165	199	111	173
31	102	185		116	25	177	201	112	222
32	39	79		121	32	127	203	114	270
32	39	133		122	33	129	205	116	224
50	41	56		123	34	147	206	117	232
62	13	4		130	35	82	208	118	233
62	13	24		131	36	76	217	127	240
63	18	33		135	38	78	219	128	241
67	15	26		137	44	167	223	130	243
69	47	83		143	57	90	225	134	245
71	21	38		144	59	12	226	133	244
72	22	39		149	66	35	229	135	137
72	22	186		149	66	43	229	135	246
73	23	40		153	69	36	242	137	237
74	49	85		164	79	144	242	137	248
76	52	169		168	83	95	243	138	249
79	29	86		168	83	206	248	143	209
80	30	44		170	85	96	248	143	253
82	53	87		172	87	98	249	144	254
82	53	110		174	91	99	251	146	255
83	54	87		176	93	101	253	148	204
83	54	112		178	95	102	258	150	257
85	55	88		178	95	217	259	151	258
85	55	114		179	99	197	264	155	156
88	141	148		190	105	195	269	154	228
88	141	251		192	106	216	271	42	230
92	40	80		193	107	121	278	160	263
94	86	97		193	107	218	281	163	268
94	86	146		194	108	152	285	166	265

Mt	Mc	Lc	Mt	Mc	Lc	Mt	Lc	Ioh
285	166	267	7	6	2	117	26	93
296	177	280	7	6	25	117	26	95
296	177	284	59	63	116	150	67	51
301	182	286	64	65	37	161	77	23
308	189	305	90	58	118	161	77	53
312	193	299	90	58	139	204	115	91
316	197	293	97	211	105	204	115	135
317	198	295	111	119	30	216	125	128
322	202	309	111	119	114	216	125	133
338	218	322	111	119	148	216	125	137
339	219	325	112	119	8	216	125	150
340	220	327	112	119	44	277	159	98
342	222	323	112	119	61	279	161	72
344	224	328	112	119	76	279	161	121
346	225	330	112	119	87	287	168	152
353	232	337	112	119	90	293	174	107
354	233	338	112	119	142	297	178	70
			112	119	154	299	180	103
			146	92	47	307	188	164
						321	201	192
						323	203	183
						329	207	185
						329	207	187
						333	211	203

CANON III, IN QUO TRES			CANON III, IN QUO TRES		
Mt	Lc	Ioh	Mt	Mc	Ioh
1	14	1	18	8	26
1	14	3			
1	14	5			

CANON V, IN QUO DUO		Mt	Lc	Mt	Lc	Mt	Lc
		30	49	48	191	61	64
Mt	Lc	34	194	49	150	65	172
3	2	36	162	51	59	66	66
10	8	38	53	53	125	68	105
12	11	40	52	54	54	78	108
16	16	41	55	55	170	84	111
25	46	43	123	57	61	86	109
27	48	46	153	58	60	93	145
28	47	47	134	60	171	95	160

Decem Eusebii canones.

LXXIX

Lc	Mc	Mt	Lc	Mt	Mc	Lc	Mc
96	182	241	175	169	84	19	19
96	184	255	202	173	89	19	32
102	69	256	205	180	100	19	34
104	71	257	213	189	103	129	82
105	193	261	207	202	113	185	215
107	73	262	212	214	120	207	101
108	115	265	157	215	124		
110	118	266	155	224	131		
119	126	266	157	246	140		
125	62	267	158	247	142	CANON VIII, IN QUO DUO	
127	128	270	229	250	145	Lc	Mc
128	132	272	231	252	147	23	12
129	130			254	149	25	14
132	81			260	152	27	16
134	120			263	153	27	28
138	168			275	157	28	17
156	57	CANON VI, IN QUO DUO		282	164	84	48
158	226			286	167	89	56
162	161	Mt	Mc	288	169	91	61
175	200	9	3	290	171	100	75
182	187	17	7	292	173	103	97
182	189	20	9	298	179	247	136
183	198	22	11	305	185	277	216
187	199	44	126	309	190	335	230
197	272	77	63	311	192		
213	235	100	98	330	208		
221	181	139	45	337	217		
228	139	145	60	341	221	CANON IX, IN QUO DUO	
231	176	148	65	347	226	Lc	Ioh
231	215	152	68	350	229	30	219
232	142	154	71			30	222
234	136	157	72			262	113
236	135	159	73	CANON VII, IN QUO DUO		262	124
237	138	160	76	Mt	Ioh	274	227
238	140	163	78			274	229
240	141	165	80	5	83		

Lc	Ioh	Lc	Ioh	Lc	Ioh	Lc	Ioh
274	231	307	182	312	186	341	221
303	152	307	186	312	190	341	223
303	186	307	190	340	213	341	225
303	190	312	182	340	217		

CANON X, IN QUO
MATTH. PROPRIE.

2	81	167	230
4	89	171	233
6	91	177	236
13	99	181	239
24	101	184	245
26	106	186	268
29	109	188	273
33	113	191	283
35	115	196	303
37	118	200	319
39	124	210	324
42	126	212	327
45	136	218	345
52	140	222	351
56	151	227	355
75	155		

CANON X, IN QUO
MARC. PROPRIE.

19	62	90	123
31	70	92	132
43	74	94	186
46	81	101	213
58	88	104	

CANON X, IN QUO IOH.
PROPRIE.

4	11	18	27	33
7	13	22	29	36
9	16	24	31	39

CANON X, IN QUO
LUC. PROPRIE.

1	113	188	273
3	117	190	276
5	122	192	278
9	124	196	283
18	131	201	288
20	143	203	296
22	149	208	298
29	151	210	301
31	154	214	304
50	159	223	306
51	163	225	308
67	164	227	316
68	166	236	320
72	174	252	326
75	176	256	331
104	178	259	334
106	180	264	339
107	183	271	342

41	54	64	75	86
43	56	66	78	89
45	58	68	80	92
50	60	71	81	94
52	62	73	84	97

99	112	127	140	153	167	181	200	212	224
102	115	130	143	155	169	189	202	214	228
104	117	132	145	157	171	191	205	216	226
106	119	134	147	159	173	193	207	218	230
108	123	136	149	163	177	195	210	220	232
110	125	138	151	165	179				

DE EDITIONIBUS NOVI TESTAMENTI.

Ars typographica iam per longam annorum seriem ad litteras sacras Hebraice, Latine, Germanice vulgandas adhibita erat ¹⁾, antequam Novum Testamentum eo sermone quo ipsi olim apostoli scripserunt edi coeptum est. Parata autem est prima textus Graeci Novi Testamenti editio auctore Francisco Ximenes de Cisneros archiepiscopo Toletano. Inserendum enim curavit illum textum una cum interpretatione Latina vulgata editioni biblicorum polyglottae Complutensi (fol.). Ipsum Novum Testamentum, quinta eius editionis pars, prelo exiit ineunte anno 1514; intra triennium secutae sunt quinque partes reliquae (quattuor Veteris Testamenti libros, vol. vero sextum continet vocabularium); sed anno demum 1520. Leonis X. litteris permissum est ut totum opus in lucem ederetur, neque id fere ante annum 1522. revera factum est. Hinc editio Novi Testamenti Graeca et Latina, quae Erasmo auctore ex officina Frobenii anno 1516. Basileae prodiit, dedicata Leoni pontifici, principis editionis laudem iure sibi vindicat. Quam editionem repetiit Erasmus annis 1519. 1522. 1527. 1535. (omnes in

¹⁾ Primum biblia edita sunt Latine; sed quae editionum Latinarum revera prima fuerit, difficile dictum est; earum quae annum notatum habent princeps est editio Moguntina anni 1462. Quo eodem anno in eadem Moguntii urbe Germanica biblia primum edita sunt. Hebraica vero primum integra prodierunt Bononiae a. 1488. psalterio Hebraico iam anno 1477. edito.

fol.) Complutensis editio unde fluxerit, non satis constat; haud dubie tamen, ut ipso textu probatur, ad codices aliquot recentiores instituta est indolis eiusdem qua sunt superstium plurimi; neque est quod horum numero eximatur codex ille a Leone X. ad edendum oblatus, nomine eximiae vetustatis spectataeque fidei laudatus, nisi forte usus eius potius ad Vetus Testamentum Graecum quam ad Novum pertinuisse putandus est¹⁾. Accessit autem ad fundamenti iniquitatem

¹⁾ Cf Wetstenii commentatio de editione Complutensi in prolegg. Novi Testamenti pag. 117: „ut quod res est dicam, rationes sunt chronologicae, quae nos cogunt omnino dubitare utrum Complutensibus, cum N. T. ederent, exemplar Vaticanum ullum ad manus fuerit. Novi Testamenti impressio absoluta fuit 10. Ianuarii 1514. Ultimo Februario praecedentis anni electus est Leo X. tunc temporis aegrotans, 11. Aprilis coronatus est, ac postea demum cogitavit de instaurandis literis“ etc. Nuperrime huic rei lucem attulit vir S. Rev. Car. Vercellone in notis suis ad praefationem editionis biblicorum Vaticanorum Maianae. Docetur ibi ex certissimis documentis duo voll. Graecorum biblicorum iubente Leone X. in ipso primo pontificatus eius anno commodata esse Ximenio. Sunt codices Vaticani signati nunc numeris 330 et 346. (apud Holmesium 108 et 248.) Sed horum codicum neuter Novi Testamenti quicquam continet. Verum est quidem in prologo ipsius Novi Testamenti de exemplaribus „ex apostolica bibliotheca eductis“ loqui Ximenium. Tamen mirum est, quomodo de duobus illis Veteris Testamenti libris Roma Complutum missis plenissima testimonia habeantur, nec in actis nec in libris inventum esse vestigium exemplaris Novi Testamenti in Hispaniam translati. Atque ex iis quae cod. Vat. 3966. fol. 29. hac de re continet maxime improbabile fit talem librum praeter indicatos missum esse, praesertim quomodo, ut iam Wetstenius urgebat, ipso primo pontificatus Leonis anno Novum Testamentum Complutense ad finem sit perductum. Habet enim testimonium illud sic: „Anno primo Leonis PP. X. Reverendiss. Dom. Franciscus Card. Toletanus de mandato SS. D. N. Papae habuit ex bibliotheca a Dom. Phaedro Bibliothecario duo volumina graeca: unum in quo continentur libri infrascripti; videlicet Proverbia Salomonis, Ecclesiastes, Cant. Cant., Iob, Sapientia, Ecclesiasticus, Esdras, Tobias, Iudith (*Esther* add. ut videtur C. V.). Sunt in eo folia quingenta et duodecim ex papyro in nigro. Fuit extractum ex blanco primo bibliothecae graecae communis. Mandatum Pontificis super concessione dictorum librorum registratum fuit in Camera Apostolica per D. Franciscum De Attavantes Notarium, ubi etiam annotata est obligatio. Promisit restituere intra annum sub poena ducatorum ducatorum.“ — „Restituit die 9. Iulii M. D. XVIII. Ita est. Fr. Zenobius Bibliothecarius.“

non tam quod editores Graeca aliquoties¹⁾ ad Latinum textum vulgatum, quem maximi fecerunt²⁾, corrigenda duxerunt, quam quod omnino eam quae in tanto opere decebat diligentiam non adhibuerunt³⁾. Hac vero diligentia nec magnus ille Erasmus Complutenses editores nimium antecessit. Adhibuit is codices paucos maximeque Basileenses recentiore textu Byzantino nequaquam superiores⁴⁾. Vestigia summae festinationis in prima editione adhibitae⁵⁾ nec plane extincta sunt in reliquis, quarum quartam passim, in apocalypsi maxime, ad Complutensem mutavit, quum iam in tertiam anni 1522. verba vexatissima 1 Ioh. 5, 7 sq. ex codice Montfortiano post Dublinensi saeculi XV. propter adversariorum clamores recepisset⁶⁾, ultimam vero sive quintam fere totam ex quarta sumpsit.

¹⁾ Imprimis huc pertinet 1 Ioh 5, 7. Wetstenius enim cum aliis hoc nomine plura immerito taxavit; recte vero Latinas duorum nominum formas invita auctoritate Graeca editas: *Βεελζεβοὺβ* Matth 10, 25. et *Βελλιάλ* 2 Cor 6, 15: quod posterius ex incredibili errore denuo a Lachmanno receptum est, notavit.

²⁾ Cf verba editorum in prologo ad lectorem (de Vetere Testamento) scripta: „Mediam Latinam B. Hieronymi translationem velut inter Synagogam et Orientalem ecclesiam posuimus, tamquam duos hinc inde latrones, medium autem Iesum i. e. Romanam sive Latinam ecclesiam collocantes.“

³⁾ Cf Wetsten. prolegg. N. T. p. 117 sq. Luculentissimum indiligentiae exemplum habetur Hebr. 7, 3. ubi post verba *μὴτε ἱερεὺς εἰς τὸ δηνεικέ* hanc Euthaliani capituli partem: *ἐν ᾧ, ὅτι καὶ τοῦ Ἀβραάμ προετιμήθη*, (ex margine) in textum inreperere passi sunt.

⁴⁾ Ipse quidem in litteris dedicandi libri causa ad Leonem X. missis hac de re sic: „novum ut vocant testamentum universum ad Graecae originis fidem recognovimus, idque non temere neque levi opera, sed adhibitis in consilium compluribus utriusque linguae codicibus, nec iis sane quibuslibet, sed vetustissimis simul et emendatissimis.“ At si verum quaeris, in evv. inprimis expressit codicem 2. (i. e. Basil. B. VI. 25.) item in actis et epp. cod. 2. (i. e. Basil. B. IX. ult.), in apocalypsi vero codicem 1. (i. e. Reuchlini, extremis vv. sex mutilum, qui quo devenerit dudum latet). Praeterea vero passim contulit cod. Basil. B. VI. 27. (i. e. 1. evangeliorum item 1. actor. et epistularum) et Basil. B. X. 20. (i. e. 4. actor. et epp.)

⁵⁾ Hanc rem discrete probavit prae aliis Wetstenius in prolegg. N. T. p. 120 sqq.

⁶⁾ Totius laboris sui Erasmus plurimos invenit reprehensores et ca-

Nihilominus quum Complutensem tum Erasmicam textus Novi Testamenti Graeci conformationem per longum tempus ubique terrarum repetere placuit, mutatis ad codicum fidem plerumque paucissimis, saepe vero alterius lectionibus alteri immixtis. Hunc in modum comparatae sunt etiam Roberti Stephani docti typographi Regii Parisiensis editiones, quarum ille tertiam, quae anno 1550. prodibat, non ut primam (1546.) et alteram (1549.) ad Complutensem, sed totam fere ad Erasmi quintam conformavit, excepta apocalypsi, in qua rursus Complutensem sequi malebat. Hanc Roberti Stephani editionem, nomine Regiae claram, perpauca ad codices ab Henrico Stephano collatos mutatis secutus est Theodorus Beza inde ab anno 1565., rursusque Bezae editiones secuti sunt Elzeviri typographi Leydenses, qui inde ab anno 1624. Graeco Novi Testamenti textui edendo operam navarunt. Qui quidem quum secundam editionem, quae anno 1633. prodibat, praepositis verbis his: *Textum ergo habes nunc ab omnibus receptum, commendassent, factum est ut textus recepti nomen mox in omnium consuetudinem abiret. Idem est quo ad hunc usque diem viri docti utuntur ad significandum textum eum quem per haec ultima duo saecula editores docti non minus quam indocti cum Elzeviris saepissime repetierunt, quamquam in re critica vel in pristino ipsorum apostolorum textu indagando non plus auctoritatis habebat quam qui in plerisque codicibus recentiori aetate scriptis invenitur, quippe a quibus Erasmus, primus et principalis rationis Elzevirianae auctor, fere totus pependerit*¹⁾.

lumniatores: quorum causa in editione tertia „pio lectori“ scribens sic exorditur: „Omnibus omnium cavillationibus respondere, lector optime, praeterquam quod infiniti sit negotii nec admodum ex huius operis dignitate fore video, nec operae pretium ullum intelligo: propterea quod qui studium hoc nostrum suggillant ac traducunt, fere non legunt, aut certe non intelligunt nostras apologias. Et iam satis illis responsum est duabus apologiis, quas primae quoque aeditioni ceu clypeos adversus istorum tela praefiximus.“

¹⁾ Huc quae pertinent omnia singula curiosius perscripserunt prae aliis

Dum vero haec textus sacri ratio, sive Erasmi sive Stephani sive Elzevirorum mavis dicere¹⁾, in communi hominum doctorum usu erat, non deerat industria adeundi fontes textus antiquioris in variis terris et nationibus propagati. Hinc sensim ortus est apparatus Novi Testamenti criticus, in quo ad singulas textus partes ac verba testimonia codicum Graecorum et vetustiorum et recentiorum, item antiquarum versionum tum orientis tum occidentis, item scriptorum veterum, qui vel ipsum textum exscripserunt vel docte explicuerunt, tanquam in thesauro reponebantur: unde non modo textus sacri historia sed etiam emendandi textus plerumque

Wetstenius in Prolegg. pag. 116 sqq. et Griesbachius in Prolegg. sect. I.

¹⁾ Quum saepe creditum esset Stephanianam tertiam 1550, quae et ipsa non raro repetita est, fere nihil differre ab Elzeviriana editione 1624, quemadmodum Millius in Prolegg. 1307. testatus est inter utramque non differre nisi lectiones duodecim, opera data est ut accurate notaretur quaevis differentia. Loci autem in censum veniunt fere 150. Conferendi enim sunt in commentario nostro loci hi:

Matth. 10, 4. 13, 15. 21, 7. 21, 41. 23, 13 cum 14. 24, 9. 24, 15. 25, 2. (8)

Marc. 1, 9. 6, 9. 6, 29. 8, 3. 8, 24. 9, 38. 9, 40. 12, 20. 13, 14. 16, 20. (10)

Lucae 7, 12. 10, 6. 10, 19. 11, 33. 12, 20. 13, 8. 15, 26. 17, 1. 17, 35. 17, 36. 18, 3. 19, 4. 20, 31. 22, 45. 24, 27. (15)

Iohannis 4, 5. 6, 28. 8, 25. 9, 10. 13, 30 et 31. 14, 11. 18, 20. 18, 24. 19, 7. 19, 31. (10)

Actor. 2, 36. 5, 12. 6, 3. 7, 17. 7, 26. 7, 44. 8, 19. 9, 35. 14, 8. 15, 32. 16, 17. 17, 25. 19, 27. 19, 33. 21, 3. 21, 8. 23, 16. 24, 13. 24, 14. 24, 18. 24, 19. 26, 20. 27, 3. (23)

Iac. 4, 13. 5, 12. 1 Pet 1, 8. (ε^ο ἀναγεννήσας ὑμᾶς, ε ἀναγενν. ἡμᾶς. Contra 1, 4. et ε^ο et ε ἰδ; ἡμᾶς. Ad haec corrige comm.) 2, 21. 3, 7. 3, 11. 3, 21. 4, 8. 4, 13. 2 Pet 2, 12. 2, 18. 3, 7. 1 Ioh 1, 4. 2 Ioh 3, 5. 3 Ioh 7. Iudae 19, 24. (18)

Rom 7, 6. 8, 11. 9, 19. 12, 11. 14, 22. 16, 20. (6)

1 Cor 5, 7. 6, 14. 7, 5. 7, 29 bis. 13, 3. 15, 23. 15, 31. 2 Cor 5, 4. 6, 15. 7, 12. 7, 16. 11, 1. 11, 10. 13, 4. (15)

Gal 3, 8. 4, 17. Eph 1, 3. 4, 25. Phil 1, 23. 4, 1. Col 1, 2. 2, 14. 1 Tim. 1, 4. 2 Tim 1, 5. 4, 13. (11)

Heb 4, 15. 7, 1. 9, 2. 10, 2. 10, 10. (5)

Apoc 2, 5. 2, 14. 3, 1. 3, 12. 4, 3. 4, 10 bis. 5, 11. 7, 3. 7, 7. 7, 10. 8, 5. 8, 11. 11, 1. 11, 2. 13, 3. 13, 5. 14, 18. 16, 14. 19, 1. 19, 6. 19, 14. 20, 4. 21, 16. 22, 8. (25)

editi et caussa et ratio disci poterat, praesertim quum simul ars critica excoli coepta esset. Horum studiorum nomine inclaruerunt opera trium Anglorum: Briani Walton (anno 1657. fol.), Iohannis Fell (anno 1675. fol.), Iohannis Mill (anno 1707. fol.), non indignorum quorum studia a scriptore historiae textus sacri accuratius expendantur. Illa vero omnia superavit editio I. I. Wetstenii Basileensis, quae Amstelodami anno 1751. et seq. voluminibus duobus (fol.) prodiit. Apparatum continet criticum ex antiquis codicibus, versionibus, patribus, editionibus magno cum studio confectum notisque varii generis uberrimis auctum; item in prolegomenis instrumentorum criticorum doctam descriptionem et editionum graviorum censuram, denique in epilegomenis leges criticas. Textum vero Wetstenius ab adversariis patria expulsus varieque vexatus multo minus emendavit quam pro legibus suis debebat. Cuius rei compensandae caussa novem annis post eius mortem (1754.) W. Bowyer doctus apud Anglos bibliopola edidit „Novum Testamentum Graece, ad fidem Graecorum solum codicum mss. nunc primum expressum, adstipulante Io. Iac. Wetstenio, iuxta sectiones Ioh. Alb. Bengelii¹⁾ divisum et nova interpunctione saepius illustratum. Accessere in altero volumine emendationes coniecturales virorum doctorum undique collectae.“ Londini 1763.

¹⁾ Huius ipsius editio, plus uno nomine insignis, anno 1734. Tubingae hoc prodiit titulo: Novum Testamentum Graece; ita adornatum ut textus probatarum editionum medullam, margo variantium lectionum in suas classes distributarum locorumque parallelorum delectum, apparatus subiunctus criseos sacrae, Millianae praesertim, compendium, limam, supplementum ac fructum exhibeat, inserviente Ioa. Alb. Bengelio. (Saepius repetita est.) Eminebat in hac editione prae ceteris partibus omnibus apocalypsis, quippe quam plane sua ex mente, adhibitis scite ac prudenter antiquis testibus, edidisset. Scribendam etiam iudicavit „crisis apocalypticae propriam quandam introductionem,“ in qua cum documenta illustrantur tum praecepta recensendi dantur, cf editionis p. 776 usque 789.

MEMORIA RICHARDI BENTLEII.

Incidit in haec tempora memoria Richardi Bentleii, viri acumine ingenii studiique perseverantia inclyti. Is inter alios labores magnos circa Horatium, Terentium, Phaedrum, circa Aristophanem, Menandrum aliosque scriptores classicos, etiam „ad Novum Foedus“ (verbis utor auctoris famosae „epistolae criticae“ Hare, quemadmodum refert Fr. Aug. Wolf in Literar. Analekten. 1816. p. 48.) „ex antiquissimis cdd. pristino nitore restituendum animum adiecit, ut Graecum textum ab insana variarum lectionum mole quam recentiores cdd. invexerunt liberaret et Hieronymi versionem ab erroribus purgatam talem daret, qualis e doctissimi Patris manu exiit: opus profecto grande et tanti viri diligentia, acumine, iudicio inprimis dignum.“ Quam in rem quanto ille studio ac fervore incubuerit, iam inde satis notum est quod nec operae nec numis pepercit ut codicum antiquissimorum Graecorum et Latinorum accuratas collationes nancisceretur. Sed, ut praeteream alia omnia, theologis gratissimum facturum me puto, si celebre illud editionis Novi Testamenti Bentleianae specimen, quod quidem solum lucem vidit, hoc loco adponam, ita prorsus ut ex manibus ipsius Bentleii prodiit. Utor hanc ad rem libro Rev. *Alexandri Dyce: Sermons preached at Boyle's Lecture; Remarks upon a discourse of free-thinking; proposals for an edition of the Greek Testament; etc. etc.* by Richard Bentley D. D., edited, with notes, by the Rev. Alexander Dyce. London 1838. Quo ex libro nostra, quae pag. 487 sqq. leguntur, ad verbum desumpta sunt. *)

*) Sequitur Dyce in ipso textu Graeci et Latini specimine editionem Speciminis tertiam, adnotans locos aliquot ubi differt ed. prima. Quas notas non addidimus.

H KAINH ΔΙΑΘΗΚΗ

GRÆCE.

NOVUM TESTAMENTUM

VERSIONIS VULGATÆ,

PER S^{UM} HIERONYMUM AD VETUSTA EXEMPLARIA GRÆCA
CASTIGATÆ ET EXACTÆ.UTRUMQUE EX ANTIQUISSIMIS CODD. MSS., CUM GRÆCIS TUM
LATINIS, EDIDIT

RICHARDUS BENTLEIUS.

PROPOSALS FOR PRINTING.

I. THE author of this edition, observing that the printed copies of the New Testament, both of the original Greek and ancient vulgar Latin, were taken from manuscripts of no great antiquity, such as the first editors could then procure; and that now by God's providence there are MSS. in Europe (accessible, though with great charge) above a thousand years old in both languages; believes he may do good service to common Christianity if he publishes a new edition of the Greek and Latin, not according to the recent and interpolated copies, but as represented in the most ancient and venerable MSS. in Greek and Roman capital letters.

II. The author, revolving in his mind some passages of St. Hierom; where he declares, that (without making a new version) he adjusted and reformed the whole *Latin Vulgate to the best Greek exemplars*, that is, to those of the famous Origen; and another passage, where he says, that a verbal or literal interpretation out of Greek into Latin is not necessary, *except in the Holy Scriptures*, ubi ipse verborum ordo mysterium est, *where the very order of the words is mystery*; took thence the hint, that if the oldest copies of the original Greek and Hierom's Latin were examined and compared together, perhaps they would be still found

to agree both in words and order of words. And upon making the essay, he has succeeded in his conjecture beyond his expectation or even his hopes.

III. The author believes that he has retrieved (except in very few places) the true exemplar of Origen, which was the standard to the most learned of the *Fathers*, at the time of the Council of Nice and two centuries after. And he is sure that the Greek and Latin MSS., by their mutual assistance, do so settle the original text to the smallest nicety, as cannot be performed now in any *classic* author whatever: and that out of a labyrinth of thirty thousand various readings, that crowd the pages of our present best editions, all put upon equal credit, to the offence of many good persons, this clue so leads and extricates us, that there will scarce be two hundred out of so many thousands that can deserve the least consideration.

IV. To confirm the lections which the author places in the text, he makes use of the old versions, Syriac, Coptic, Gothic, and Æthiopic, and of all the *Fathers*, Greeks and Latins, within the first five centuries; and he gives in his notes all the various readings (now known) within the said five centuries. So that the reader has under one view what the first ages of the church knew of the text; and what has crept into any copies since is of no value or authority.

V. The author is very sensible, that in the sacred writings there's no place for conjectures or emendations. Diligence and fidelity, with some judgment and experience, are the characters here requisite. He declares, therefore, that he does not alter one letter in the text without the authorities subjoined in the notes. And to leave the free choice to every reader, he places under each column the smallest variations of this edition, either in words or order, from the received Greek of Stephanus, and the Latin of the two popes Sixtus V. and Clemens VIII. So that this edition exhibits both itself and the common ones.

VI. If the author has any thing to suggest towards a change of the text, not supported by any copies now extant, he will offer it separate in his *Prolegomena*; in which will

be a large account of the several MSS. here used, and of the other matters which contribute to make this edition useful. In this work he is of no sect or party; his design is to serve the whole Christian name. He draws no consequences in his notes; makes no oblique glances upon any disputed points, old or new. He consecrates this work, as a *κειμήλιον*, a *κτῆμα ἑσσεῖ*, a *charter*, a *magna charta*, to the whole Christian church; to last when all the ancient MSS. here quoted may be lost and extinguished.

VII. To publish this work, according to its use and importance, a great expense is requisite: it's designed to be printed, not on the paper or with the letter of this *Specimen*, but with the best letter, paper, and ink that Europe affords. It must therefore be done by subscription or contribution. As it will make two tomes in folio, the lowest subscription for smaller paper must be three guineas, one advanced in present; and for the great paper five guineas, two advanced.

VIII. The work will be put to the press as soon as money is contributed to support the charge of the impression; and no more copies will be printed than are subscribed for. The overseer and corrector of the press will be the learned Mr. JOHN WALKER, of Trinity College in Cambridge; who, with great accurateness, has collated many MSS. at Paris for the present edition. And the issue of it, whether gain or loss, is equally to fall on him and the author.

ΑΠΟΚΑΛΥΨΕΩΣ.

ΑΠΟΚΑΛΥΨΕΩΣ Κεφ. κβ'.

APOCALYPSEOS CAP. XXII.

1 *ΚΑΙ ἰδεδίξεν μοι ποταμὸν ὕδατος ζωῆς, λαμπρὸν ὡς κρύσταλλον, ἐκπορευόμενον ἐκ τοῦ θρόνου τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ ἀρνίου.*

2 Ἐμμέσῳ τῆς πλατείας αὐτῆς, καὶ τοῦ ποταμοῦ ἐντεῦθεν καὶ ἐκεῖθεν, ξύλον ζωῆς ποιῶν καρποὺς δώδεκα, κατὰ μῆνα ἓνα ἕκαστον ἀποδιδοῦν τὸν καρπὸν αὐτοῦ, καὶ τὰ φύλλα τοῦ ξύλου εἰς θεραπείαν τῶν ἐθνῶν.

3 Καὶ πᾶν κατάθεμα οὐκ ἔσται ἐπι, καὶ ὁ θρόνος τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ ἀρνίου ἐν αὐτῇ ἔσται, καὶ οἱ δούλοι αὐτοῦ λατρεύσουσιν αὐτῷ.

4 Καὶ ὄψονται τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐπὶ τῶν μετώπων αὐτῶν.

1 μοι καθαρὸν ποταμὸν. 2 ἐντεῦθεν καὶ ἐκεῖθεν. 3 πᾶν κατάθεμα. 5 οὐκ ἔσται ἐπι. καὶ χρεῖαν οὐκ ἔχουσι λίχνον καὶ φωτὸς ἡλίον. φωτίζει αὐτούς.

1 *Καθαρὸν ποταμὸν]* Omittunt *καθαρὸν* Alex. Codd. Anglici duo, Gallici tres; Vers. Copt. Syr. Æthiop. Hilarius; Codd. Latini omnes. sed Andreas et Arethas *ποταμὸν καθαρὸν*. Gall. unus, *ποταμὸν ὕδατος ζωῆς καθαρὸν*. II. *Καὶ ἐντεῦθεν]* Alex. Codd. Angl.

1 Et ostendit mihi fluvium aquæ vitæ, splendidum tamquam crystallum, procedentem de sede Dei et agni.

2 In medio plateæ ejus, et ex utraque parte fluminis, lignum vitæ adferens fructus duodecim, per menses singulos reddens fructum suum, et folia ligni ad sanitatem gentium.

3 Et omne maledictum non erit amplius, et sedes Dei et agni in illa erit, et servi ejus servient illi.

4 Et videbunt faciem ejus, et nomen ejus in frontibus eorum.

3 *sed* sedes Dei. in illa *erunt*.

duo, Gall. quatuor, Germ. unus, Arethas, Syriac. καὶ ἐκεῖθεν. III. *Κατανάθεμα]* Alex. Arethas, Andreas, Codd. plerique omnes, Editio Complut. *κατάθεμα*. *Sed* sedes Dei] Codd. Lat. plerique omnes, *et* sedes, ut Græci omnes καὶ. *Erunt]* Ita Codd. quos adhuc vidi: legen-

5 Καὶ νύξ οὐκ ἔσται ἔτι, καὶ οὐχ ἔξουσιν χρειὰν φωτὸς λύχνου καὶ φωτὸς ἡλίου, ὅτι κύριος ὁ Θεὸς φωτίσει ἐπ' αὐτούς, καὶ βασιλεύσουσιν εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων.

6 Καὶ εἶπέν μοι, Οὗτοι οἱ λόγοι πιστοὶ καὶ ἀληθινοί, καὶ ὁ κύριος ὁ Θεὸς τῶν πνευμάτων τῶν προφητῶν ἀπέστειλεν τὸν ἄγγελον αὐτοῦ, δεῖξαι τοῖς δούλοις αὐτοῦ ἃ δεῖ γενέσθαι ἐν τάχει.

7 Καὶ ἰδὼν ἔρχομαι ταχύ. μακάριος ὁ τηρῶν τοὺς λόγους τῆς προφητείας τοῦ βιβλίου τούτου.

8 Καγὼ Ἰωάννης ὁ ἀκούων καὶ βλέπων ταῦτα. Καὶ ὅτε ἤκουσα καὶ ἔβλεπον, ἔπεσα προσκυνῆσαι πρὸ ποδῶν τοῦ ἀγγέλου τοῦ δεικνύοντός μοι ταῦτα.

6 καὶ κύριος. deest ὁ. ὁ Θεὸς τῶν ἁγίων προφητῶν. 7 Ἴδοῦ, deest καὶ. 8 Καὶ ἐγὼ. ὁ βλέπων ταῦτα καὶ ἀκούων. καὶ ἔβλεψα. ἔμπροσθεν τῶν ποδῶν.

dum erit; nam Græci universi ὁ θρόνος. V. Νύξ οὐκ ἔσται ἐκεῖ] Alex. ἔσται ἔτι. Syr. Latini omnes. In Græcis plerisque deest ἐκεῖ. Χρειᾶσαν χρειασιλίχου] Alex. ἔξουσιν χρειαν φωτὸς λύχνου. et sic Andreas et Gregorius Palamas, et Codd. Latini omnes, Syr. Copt. Æthiop. φωτὸς ἡλίου] Alex. φῶς ἡλίου. φωτίζει αὐτούς] Latini plerique illuminat. Sed Alex. Greg. Palamas. φωτίσει ἐπ' αὐτούς. VI.

5 Et nox ultra non erit, et non egebunt lumine lucernæ neque lumine solis, quoniam dominus Deus inluminabit illos, et regnabunt in sæcula sæculorum.

6 Et dixit mihi, Hæc verba fidelissima et vera sunt: et dominus Deus spirituum prophetarum misit angelum suum, ostendere servis suis quæ oportet fieri cito.

7 Et ecce venio velociter. beatus qui custodit verba prophetiæ libri hujus.

8 Et ego Johannes, qui audiavi et vidi hæc. Et postquam audissem et vidissem, cecidi ut adorarem ante pedes angeli qui mihi hæc ostendebat.

6 fidelissima sunt et vera.

Καὶ κύριος] Alex. καὶ ὁ κύριος. Ὁ Θεὸς τῶν ἁγίων προφητῶν] Sic edidit Erasmus. Sed Complut. Alex. Arethas, Græci Codd. fere omnes, Latini omnes, Syr. Copt. Æthiop. τῶν πνευμάτων τῶν προσ. Fidelissima sunt et vera] Codd. veteres, fide et vera sunt. VII. Ἴδοῦ] Καὶ ἰδοῦ. Alex. Andreas, Arethas, Syrus, Codd. Græci plerique omnes, Latini ad unum omnes. VIII. Καὶ ἐγὼ Ἰω. ὁ βλέπων ταῦτα καὶ ἀκού-

9 Καὶ λέγει μοι, Ὅρα μὴ συνδουλόσ σου εἶμι, καὶ τῶν ἀδελφῶν σου τῶν προφητῶν, καὶ τῶν τηρούντων τοὺς λόγους τοῦ βιβλίου τούτου. τῷ Θεῷ προσκύνησον.

10 Καὶ λέγει μοι, Μὴ σφραγίσῃς τοὺς λόγους τῆς προφητείας τοῦ βιβλίου τούτου. ὁ καιρὸς γὰρ ἔγγυς ἐστίν.

11 Ὁ ἀδικῶν ἀδικησάτω ἔτι, καὶ ὁ ῥυπαρὸς ῥυπαρευθήτω ἔτι, καὶ ὁ δίκαιος δικαιοσύνην ποιησάτω ἔτι, καὶ ὁ ἅγιος ἁγιασθήτω ἔτι.

9 σου γὰρ εἶμι. 10 τούτου ὅτι ὁ καιρὸς ἔγγυς ἐστίν. 11 καὶ ὁ ῥυπαρὸς ῥυπαρευθήτω ἔτι, καὶ ὁ δίκαιος δικαιοθήτω ἔτι.

9 Et dicit mihi, Vide ne feceris: conservus tuus sum, et fratrum tuorum prophetarum, et eorum qui servant verba libri hujus: Deum adora.

10 Et dicit mihi, Ne signaveris verba prophetiae libri hujus: tempus enim prope est.

11 Qui nocet noceat adhuc, et qui in sordibus est sordescat adhuc, et justus justitiam faciat adhuc, et sanctus sanctificetur adhuc.

9 Et dixit mihi. conservus enim tuus. verba prophetiae libri. 11 et qui justus est justificetur adhuc.

ωρ] Alex. Andreas, Complut. Syrus, Latinus, Codd. Graeci plures, *Κἀγὼ ἴω. ὁ ἀκούων καὶ βλέπων ταῦτα.* Dionysius Alexandrinus bis, *Κἀγὼ Ἰωάννης ὁ βλέπων καὶ ἀκούων ταῦτα. Ἐμπροσθεν τῶν ποδῶν*] Alex. πρό ποδῶν. IX. Et dixit mihi] Codd. veteres constanter, *dicit*; ut Gr. λέγει. *Σίνδουλός σου γὰρ εἶμι.* et Vulg. *Conservus enim tuus sum*] Atqui Alex. Arethas, Andreas, Athanasius, Copt. Syr. Graeci Codd. omnes tollunt *γὰρ*; et Latini itidem omnes et Cyprianus tollunt *enim*. Verba *prophetiae libri*] Latini veteres omnes tollunt *prophetiae*. X. *Ὅτι ὁ καιρὸς ἔγγυς ἐστίν*] Sic Andreas, et Cyprianus bis, *Quia jam tempus in proximo est.* Sed Alex. Codices Gr. plures, Syr. Copt. Latini omnes, *Ὁ καιρὸς γὰρ ἔγγυς*

ἐστίν. Graeci ceteri, ὁ καιρὸς ἔγγυς ἐστίν. desunt ὅτι et γὰρ. XI. Καὶ ὁ ῥυπαρὸς ῥυπαρευθήτω ἔτι] Deest hoc comma in Alex. et duobus Gallicis errore librariorum ob repetitionem τοῦ ἔτι. At ceteri fere omnes, Andreas, Arethas, Complut. ὁ ῥυπαρὸς ῥυπαρευθήτω ἔτι. Origenes ad Johannem bis, ὁ ῥυπαρὸς ῥυπαρευθήτω ἔτι. Idem ibid. aliud membrum addit, *Ὡς ὁ Ἰωάννης φησὶ, καὶ ὁ καθαρὸς καθαρθήτω ἔτι (MS. Oxon. καθαρθήτω) καὶ ὁ ἀγῆσθῆτω. Καὶ ὁ δίκαιος δικαιοθήτω*] Alex. et Codd. ceteri omnes, Andreas, Arethas, Complut. Latin. Syr. Copt. *δικαιοσύνην ποιησάτω.* Cyprianus bis; *Justus justiora faciat* adhuc. Et qui justus est justificetur adhuc] Veteres Codd. fere omnes, Et justus justifi-

12 Ἴδὸν ἔρχομαι ταχύ· καὶ ο μισθός μου μετ' ἐμοῦ, ἀποδοῦναι ἐκάστῳ ὡς τὸ ἔργον ἐστὶν αὐτοῦ.

13 Ἐγὼ τὸ Ἄλφα καὶ τὸ Ω, πρῶτος καὶ ἔσχατος, ἡ ἀρχὴ καὶ τὸ τέλος:

14 Μακάριοι οἱ πλύνοντες τὰς στολὰς αὐτῶν, ἵνα ἔσται ἡ ἐξουσία αὐτῶν ἐπὶ τὸ ξύλον τῆς ζωῆς, καὶ τοῖς πυλῶσιν εἰσελθῶσιν εἰς τὴν πόλιν.

15 Ἐξὼ οἱ κύνες καὶ οἱ φαρμακοὶ καὶ οἱ πόρνοι καὶ οἱ φο-

12 Ecce venio cito: et merces mea mecum est, reddere unicuique secundum opera sua.

13 Ego Alpha et Ω, primus et novissimus, principium et finis.

14 Beati qui lavant stolas suas, ut sit potestas eorum in ligno vitæ, et portis intrent in civitatem.

15 Foris canes et venefici et inpudici et homicidæ et

12 Καὶ ἰδοὺ. Ἔργον αὐτοῦ ἔσται. 13 Ἐγὼ εἰμι τὸ Α καὶ τὸ Ω, ἀρχὴ καὶ τέλος, ὁ πρῶτος καὶ ὁ ἔσχατος. 14 Μακάριοι οἱ ποιοῦντες τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ, ἵνα. 15 Ἐξὼ δὲ οἱ κύνες, πᾶς ὁ φιλῶν.

13 Ego sum A et Ω. 14 stolas suas in sanguine agni — et per portas intrent.

tiam faciat adhuc. XII. Καὶ ἰδοὺ] Delent καὶ Alex. Codd. plerique omnes, Arethas, Complut. Syr. Copt. Latini Codd. omnes. Cyprianus bis. Ἔργον αὐτοῦ ἔσται] Alex. Gallicus unus, Syr. ἐστὶν αὐτοῦ. XIII. Ἐγὼ εἰμι] Omittunt εἰμι Alex. Athanasius, Codd. fere omnes, Andreas, Arethas. Sed Origenes habet εἰμι bis. Ego sum] Deest sum. ita codex Sancti Germani veterimus. Ἀρχὴ καὶ τέλος, ὁ πρῶτος καὶ ὁ ἔσχατος] Sic Andreas, Arethas, et Codd. quidam. Sed Alex. Athanas. Codd. Anglici tres, Gall. duo, Syr. Latini omnes, Cyprianus, alio ordine, πρῶτος καὶ ἔσχατος ἡ ἀρχὴ καὶ τὸ τέλος. Origenes bis habet ἡ ἀρχ. καὶ τὸ τέλος: sed ordine, quo Andreas. XIV. Οἱ ποιοῦντες τὰς ἐντολὰς

αὐτοῦ] Ita Codd. Græci plerique omnes, Copt. Syr. Tertull. Cypr. Sed Alex. Anglicus unus, Æthiop. Latini Codd. omnes, οἱ πλύνοντες τὰς στολὰς αὐτῶν. Athanas. οἱ πλατύνοντες τὰς στολὰς αὐτῶν, errore librarii pro πλύνοντες. Arethas, ποιοῦντες τὰς ἐντολὰς ἐμοῦ: ut sententia illa postulare videtur, In sanguine agni] Desunt in veteribus Codd. omnibus. Per portas] Tres Cod. veterimi portis, ut Græci omnes τοῖς πυλῶσιν. XV. Ἐξὼ δὲ οἱ κύνες] Omittunt δὲ Alex. ceteri fere omnes, Athanasius, Hippolytus, Andreas, Arethas, Complut. Latini omnes, Cyprianus. Πᾶς ὁ φιλῶν] Omittunt articulum ὁ Alex alii multi. Sed Athanasius, Hippolytus cum Codd. quibusdam, πᾶς ποιῶν καὶ φιλῶν.

νεῖς καὶ οἱ εἰδωλολάτραι, καὶ πᾶς φιλοῦν καὶ ποιῶν ψεῦδος.

16 Ἐγὼ Ἰησοῦς ἔπεμψα τὸν ἄγγελόν μου, μαρτυρῆσαι ὑμῖν ταῦτα ἐν ταῖς ἐκκλησίαις. Ἐγὼ εἰμι ἡ ῥίζα καὶ τὸ γένος Δαυὶδ, ὁ ἀστὴρ ὁ λαμπρὸς καὶ ὁ πρωϊνός.

17 Καὶ τὸ πνεῦμα καὶ ἡ νύμφη λέγουσιν, Ἔρχου· καὶ ὁ ἀκούων εἰπάτω, Ἔρχου· καὶ ὁ διψῶν ἐρχέσθω ὁ θέλων λαβέτω ὕδωρ ζωῆς δωρεάν.

18 Μαρτυρῶ ἐγὼ παντὶ τῷ ἀκούοντι τοὺς λόγους τῆς προφητείας τοῦ βιβλίου τούτου, Ἐάν τις ἐπιθῇ ἐπ' αὐτά, ἐπιθήσει ὁ Θεὸς ἐπ' αὐτὸν τὰς πληγὰς τὰς γεγραμμένας ἐν τῷ βιβλίῳ τούτῳ.

16 ταῦτα ἐπὶ ταῖς γένος τοῦ Δαυὶδ. λαμπρὸς καὶ ὁ ὀρθρινός. 17 λέγουσιν, Ἐλθέ. εἰπάτω, Ἐλθέ· διψῶν ἔλθτω, καὶ — λαμβανέτω τὸ ὕδωρ. 18 Συμμαρτυροῦμαι γάρ

XVI. Ἐπὶ ταῖς ἐκκλησίαις] Ἐν ταῖς Alex. Codd. 2 Gallici. Athanasius. Deest præpositio in Codd. multis. Τοῦ Δαυὶδ] Omittunt τοῦ Alex. Codd. multi, Athanasius, Andreas, Arethas. Porro omnes Græci Δαυὶδ, vel compendiose δαδ. Nusquam invenitur Δαυὶδ. Λαμπρὸς καὶ ὀρθρινός] Alex. καὶ ὁ πρωϊνός. sed ceteri Codd. cum Athanasio, Andrea, Aretha, Complut. πρωϊνός. XVII. Ἐλθέ — ἔλθ — ἔλθτω] Alex. et ceteri omnes, Athanas. Andreas, Arethas, Complut. ἔρχου — ἔρχου — ἐρχέσθω. Καὶ ὁ θέλων λαμβανέτω τὸ ὕδωρ] Omittunt καὶ, et postea habent ὁ θέλων λα-

idolis servientes, et omnis qui amat et facit mendacium.

16 Ego Jesus misi angelum meum, testificari vobis hæc in ecclesiis. ego sum radix et genus David, stella splendida et matutina.

17 Et spiritus et sponsa dicunt, Veni: et qui audit dicat, Veni: et qui sitit veniat: qui vult accipiat aquam vitæ gratis.

18 Contestor ego omni audienti verba prophetiæ libri hujus, Siquis adposuerit ad hæc, adponet Deus super illum plagas scriptas in libro isto:

17 et qui vult 18 Contestor enim omni.

βέτω ὕδωρ, Alex. Codd. fere omnes, Athanasius, Andreas, Complut. Et qui vult] Codd. Latini veteres tollunt et. XVIII. Συμμαρτυροῦμαι γάρ] Alex. et alii Codd. plerique et Complut. et Andreas μαρτυρῶ ἐγὼ: pauci cum Aretha μαρτύρομαι ἐγὼ: nullus, quod sciam, συμμαρτυροῦμαι, neque γάρ. Contestor enim omni] Codd. veterissimi quique, Contestor ego omni. Παντὶ ἀκούοντι] Alex. Andreas, Arethas, Codices plures, παντὶ τῷ ἀκ. Ἐπιτιθῇ πρὸς ταῦτα] Alex. Codd. plerique omnes, Andreas, Arethas Complut. ἐπιθῇ ἐπ' αὐτά. Ἐπ' αὐτὸν] Omittit Alex. sed ceteri

19 Καὶ ἐάν τις ἀφέλῃ ἀπὸ τῶν λόγων τοῦ βιβλίου τῆς προφητείας ταύτης, ἀφελεῖ ὁ Θεὸς τὸ μέρος αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς, καὶ ἐκ τῆς πόλεως τῆς ἁγίας, τῶν γεγραμμένων ἐν τῷ βιβλίῳ τούτῳ.

20 Λέγει ὁ μαρτυρῶν ταῦτα, Ναὶ ἔρχομαι ταχύ. Ἀμήν, ἔρχου κύριε Ἰησοῦ.

21 Ἡ χάρις τοῦ κυρίου Ἰησοῦ μετὰ πάντων.

παρὶ ἀκοί. ἐάν τις ἐπιτιθῆ πρός ταῦτα. ἐν βιβλίῳ. deest τῷ. 19 ἐάν τις ἀφαιρῆ — λόγων βιβλίου. ἀφαιρήσει ὁ Θεός — ἀπὸ βιβλίου τῆς ζωῆς — καὶ τῶν γεγραμ. ἐν βιβλίῳ. 20 Ναὶ ἔρχου. 21 κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ μετὰ π. ἡμῶν. Ἀμήν.

Græci et Latini omnes cum Andrea et Aretha habent. Ἐν βιβλίῳ] Alex. Arethas, Andreas, Codd. plurimi, ἐν τῷ βιβ. XIX. Ἀφαιρῆ — ἀφαιρήσει] Alex. Codd. plerique, Andreas, Arethas, Complut. ἀφέλῃ, et deinde pro ἀφαιρήσει, Alex. Arethas cum Codd, pluribus habent ἀφελεῖ: alii cum Andrea et Complut. ἀφέλοι: et hi antea pro ἐπιτιθῆσι habent ἐπιθῆ. Λόγων βιβλίου] Τοῦ βιβλίου, Alex. Codd. fere omnes, Andreas, Arethas. Ἀπὸ βιβλίου τῆς ζωῆς] Alex. Codd. Græci fere omnes; Andreas, Complut. Syr. Æth. ἀπὸ τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς. De libro vitæ] Latini quique vetustissimi, de ligno vitæ. Καὶ

19 Et si quis diminuērit de verbis libri prophetiæ hujus, auferet Deus partem ejus de ligno vitæ, et de civitate sancta, [et de his] quæ scripta sunt in libro isto.

20 Dicit qui testimonium perhibet istorum, Etiam venio cito. Amen, veni domine Jesu.

21 Gratia domini Jesu cum omnibus.

19 de libro vitæ. 21 domini nostri Jesu (christi cum o. vobis. Amen.

τῶν γεγραμμένων] Omittunt καὶ Alex. Codd. fere omnes, Complut. Andreas, Arethas, Copt. Syr. Æth. Ἐν βιβλίῳ]. Ibidem Codd. cum Andr. et Aretha ἐν τῷ βιβλίῳ XX. Ἀμήν, καὶ ἔρχου] Omittunt καὶ Alex. Codd. plurimi, Andreas, Syr. Copt. Æth. XXI. Κυρίου ἡμῶν] Omittunt ἡμῶν Alex. Codd. plures, Andreas, Arethas. Nostri] Omittit Cod. vetustus Gallicus. Ἰησοῦ Χριστοῦ] Deest Χριστοῦ in Alex. Christi] Omittit codex Anglicus. Μετὰ πάντων ἡμῶν. Ἀμήν] Desunt ἡμῶν. Ἀμήν in Alex. Cum omnibus vobis, Amen] Desunt vobis, Amen; in 3 Codd. Gallicis.

Postquam vero Wetsteniani operis opes criticas auxissent plurium virorum doctorum studia; inprimis Franc. Car. Alter Vindobonensis, Andr. Birch Havniensis, Christ. Frid. Matthaei Thuringus, sed diu apud Mosquenses professor¹⁾, exstitit qui non modo apparatus novis incrementis locupletaret, sed etiam ad rem criticam vere promovendam ipsumque textum emendandum docta ratione converteret. Iohannem Iacobum Griesbach Ienensem dico, cuius de laboribus paullo accuratius videre placet.

Criticorum suorum circa textum Ni Ti studiorum initium fecit editione synoptica trium priorum evv. hoc titulo: Libri N. T. historici. Halae 1774. P. I. II. Ultimum editit totum P. I. 1796. P. II. 1806.²⁾

Egregie promeruit conferendis codicibus quum uncialibus aliquot³⁾ tum pluribus minusculis; item nonnullis versionibus veteribus denuo examinandis⁴⁾; item patribus inprimis Clemente Alexandrino et Origene diligenter excutiendis. Accedit quod de codicibus multis, inprimis ad evv. CLAD 13. 33. 118. etc, ad epp. Pauli DEH 17. etc, uberius exposuit et in indolem codicum CLAD lectionumque Origenis subtiliter

¹⁾ Ipse edidit N. T. Graece et Latine voluminibus XII, quorum suum quodque titulum habet, ut: „Evang. sec. Matth. Graece et Latine.“ Ex codd. nunquam antea examinatis maximam partem Mosquensibus edidit et animadversiones adiecit Chr. Frid. Matthaei. Cum aliquot edd. speciminibus et indice codd. omnium, qui in quattuor evangeliiis primo sunt adhibiti. Rigae 1788. Eodem anno prodit Evang. sec. Marc.; 1786. Evang. sec. Luc., item Evang. sec. Ioannem; Acta app. 1782; voll. reliqua ab anno 1782. usque 1785.

²⁾ Praeterea ed. splendidissima prodit 1803—7; edd. manual. 1805 et 1825. De editione evv. Griesbachiana a Dav. Schulzio adornata vide post.

³⁾ Codicum uncial. rursus adiit A (sed 1786. prodit editus) c (in quo ad Wetstenianas lectiones non addidit nisi duas: Mc 6, 2. 4.) D Cantabr. (sed ipse editus est a. 1793.) et Claromontanum (in quo lectionum nihil supplevit), item G evangeliorum (perpaucas ad Wolfianas lectiones addidit), E actorum (iam a. 1715. editum) E Sangerm. (quem non esse nisi codicis Clarom. vitiosum apographum luculentis exemplis demonstravit.)

⁴⁾ Ad Latinam vulgatam duorum edd. Harleianorum collationem edidit. Vide infra.

inquisivit. Maximam vero in definiendis illustrandisque recensionibus textus Ni Ti operam collocavit, legesque ad quas omnis ratio critica conformari deberet scripsit¹⁾. Denique textum Elzev. multis locis correxit, aliis ea quae sibi videbantur certe commendavit, aliis receptam lectionem vocavit in dubium. Itaque factum est ut suae aetatis hominibus, de calumniis Matthaei parum sollicitis, criticorum facile princeps videretur.

Sunt vero et multa et gravia quibus Griesbachius magnae rei quam amplexus erat non satisfecit. Primum enim testes eos quos ipse summo loco posuit nequaquam ea qua debebat cura contulit, quamquam ex editionibus Woidii, Kiplingii, Knittelii aliorumque haurire poterat. Deinde legi-

¹⁾ Hos labores foras dedit pluribus libris, ex quibus potissimum hi nominandi sunt:

1. Symbolae criticae ad supplendas et corrigendas variarum N. T. lectionum collectiones. Accedit multorum N. T. codicum Graecorum descriptio et examen. Tomus prior prodit a. 1785. Tom. posterior a. 1793. Priore praeter descriptionem atque examen codicum *cod.* ac multorum quibus evangelia continentur *cod.* minusc. habentur haec: spicilegium lectionum variantium e *cod.* N. T. Graecis: excerpta e notis Millii manuscriptis transscripta ex editionis Milliana exemplari Bodleiano: lectiones variantes e *cod.* N. T. Latinis i. e. Harleianis 1775, et 1772. Posteriore continuantur examina codicum, quum evangelistariorum, tum quibus *ep.* et *apocalypsis* continentur, per pagg. 225. Tum sequuntur: Novi Testamenti loci ab Origene et Clemente Alex. in scriptis eorum quae Graece supersunt allegati, cum textu vulgari collati: pag. 229 usque 620. Denique additur: epimetrum ad disquisitionem de codicis *ep.* Paullin. 17. et recensionum Alex. et occid. indole ac praestantia: p. 621 usque 640.

2. Commentarius criticus in textum Graecum N. T. Partic. I. 1798. Partic. II. 1811. Priore pertractantur lectiones evangelii Matthaei usque caput 20., unde posteriore pergitur usque ad finem eiusdem evangelii, addito insuper toto Marci evangelio. Praeterea in altera particula accedunt meletemata de vetustis textus recensionibus per paginas LXVIII.

3. Opuscula academica, edita ab Io. Philippo Gabler. Voll. II. 1824. 1825. Inde huc imprimis pertinent: dissertatio critica de *cod.* 4 *evv.* Origenianis. P 1. Vol. I. pag. 227—317. (conscripita anno 1771.) Curarum in historiam textus *ep.* Paulli Specimen I. Vol. II. pag. 1—135. (ex anno 1777. repetitum.)

bus suis criticis mirum in modum se implicuit, quum veterum recensionum rationem, ingeniosius quam rectius a se excultam et circumscriptam, inprimis sequendam duceret. Tum in constituendo textu semetipsum eo deseruit quod lectionem receptam multo pluris facere videbatur quam, ut ipse plane demonstravit, fieri volebat; alio loco saepe eadem praetermisit quae alio recepit; res levioris et tamen magni momenti, ut grammaticas plerasque, ut ordinem verborum, nimis neglexit. Denique in commentario conscribendo, ut cetera praeteream quae iam tetigi, multa dudum a Wetstenio aliisque adnotata eaque minime spernenda plane omisit.

Emendata vero est maiorem in modum Griesbachiani operis prior pars curis Davidis Schulzii, cui debetur evangeliorum editio tertia a. 1827. Huic ille editioni sua quoque prolegomena praemisit, ubi quum de multis quae rem criticam spectant, tum de lectionum variantium generibus et causis, tum de laboribus criticis ad emendandum perficiendumque commentarium Ni Ti criticum suscipiendis docte disseruit. Commentarium vero ipsum multis modis auxit, non eo tantum quod lectiones a Griesbachio male praetermissas supplevit, sed etiam notis bonae frugis plurimis de singularum lectionum probabilitate existimatos adiuvit.

Recentiore memoria M. A. Scholz, Prof. Bonn. catholicus, in itineribus per Europam orientemque ad id ipsum susceptis apparatusi critico historiaeque textus eo prospexit quod plurimorum codicum inprimis minusculorum (de uncialibus triummodo fragmentorum WYNT) primam ad viros doctos notitiam pertulit, aliosque multos rursus examinavit aut inspexit, nonnulla etiam ad versionum collationes, item pauca quaedam ad excerptas patrum lectiones addidit. Post de antiquorum testium familiis quaestionem instituit et quid sibi videretur copiose exposuit; denique libros Ni Ti edendos curavit duobus voll. annis 1830. 1836. De iis quae ad recensiones textus pertinent quum iam supra breviter dictum sit¹⁾, h. l. non dicam nisi de editione Ni Ti. Huius textus

¹⁾ Operae pretium est h. l. adscribere quae D. Schulz in eandem rem dixit quum de prima Novi Test. ed. mea Neue Jen. Lit. Zeitung Nr.

quod nunc iterum in apparatu diligenter rationem habui, rei gnaris otiosum videbitur. In textu enim quidem, exceptis paucis, Scholzius fideliter Griesbachii textum secutus est, receptis insuper pluribus lectionibus quas ille in margine praecipua cum commendatione apposuerat. Illud vero quod pro iis quae circa recensiones veteres professus est facere debebat, ut Asiaticum inprimis textum constitueret, tantopere neglexit ut diu iam ante eum Matthaeius melius fecisse iudicandus sit. Griesbachianae enim lectiones magnam partem minime ex hoc genere sunt. Nihilominus nec nunc missas fecimus lectiones Scholzii quum propterea quod nostra aetate solus inter catholicos theologos in hoc litterarum genere tantos labores suscepit, tum propter nomen quod inde apud theologos utriusque confessionis consecutus est. Quanta vero rei quam suscepit inscitia fuerit, quanta negligentia, quanta levitate, potero luculenter iis exemplis probare quae non a Griesbachio sed ab ineptis editionis Griesbachianae erroribus eum tantopere pependisse demonstrant, ut quas lectiones variantes ad istos invenisset confidenter adnotaret. Ita Philem. 11. recipit *ννι δε σοι και ευχρηστον* omisso *εμνη* post *και*, quod „44. 174. 219. al.“ addere refert. Apoc. 15, 2. recipit *εχουτας* quod debet esse *εχοντες*, atque in uno codice

145—148. uberior exponebat. Sunt autem eiusmodi quae, si cui cum ira ac studio de Scholzio iudicasse videbor, talem a me suspicionem removere queant. „Am längsten verweilt dieser Abschnitt bei dem System von Scholz, dessen Prolegg. hier zum ersten Mal eine unumwundene gründliche vollständige Würdigung erfahren, obwol die augenscheinliche Unstatthaftigkeit seines Recensionensystems auch schon früher gelegentlich ebenso wie die unverantwortliche Fahrlässigkeit seines Urhebers in Anführungen, in der Textgestaltung, in seiner Schreibart, ganz ernstlich war besprochen und gerügt worden. So viel aber ist entschieden, dass man den Angaben dieses Kritikers nimmer mit Zuversicht vertrauen kann, und dass seine Arbeiten, die denen, welche sich damit befassen, nur vergebliche Mühe und Zeit kosten, als völlig unbrauchbar möglichst bald der Vergessenheit überliefert werden sollten. Es gibt wenig Zeilen im Vol. I. dieses N. T., worin sich nicht irgend eine Inkorrektheit nachweisen liesse. Mit dem Vol. II. hat sich Ref auf so genaue Durchmusterung nicht eingelassen.“

13. *εχουτες* esse significat. Apoc. 21, 2. edit *κεκοσμημενην*, notans *κεκοσμημενην* ex uno cod. 2. Eph. 6, 1. habet *τα τετρα*, *υπακουετε τοις γουνοσιν ημων*, allata *ημων* ex „I 44. 219. al“. 2 Pe 1, 15. ante *εκαστοτε* omittit *και*, quod in quinque cdd. addi perhibet. Col. 2, 19. pro *αυξει* ponit *αυξη*, differentia codicum „44. 108. 109. 110. 219. al. mult.“ notata. Similiter Heb 9, 5. repetit erroneum *της* ante *δοξης*, idque a cdd. decem abesse significat.¹⁾ Toti vero apparatusi critico non dicam novis incrementis augendo sed ad fidem modo Wetstenii et Griesbachii repetendo qua levitate prospexerit, dici vix potest. Qua de re quod Dav. Schulz testatus est: Es gibt wenig Zeilen im Vol. I. dieses N. T. worin sich nicht irgend eine Inkorrektheit nachweisen liesse: id maiorem in modum in vol. II. quadrare quaevis pagina docet. Priori enim parti quae Schulzii curis accesserunt, eaque non minimi momenti sunt, in novam editionem facili negotio transferri poterant; altera vero alterum Schulzium non invenerat. Cuius rei exempla²⁾ quum in commentario meo quaerenti cuiusvis prae manibus sint, non afferam nisi duo genera quae facile fallere possunt. Alterum eorum est locorum ubi breviter notat „cum cdd. plurimis“ et similiter, quamquam sunt quae teste plane nullo aut paucissimis utantur. Cf. 1 Pe 3,

¹⁾ Ad 1 Co 7, 31. *παραχρημενος* repetit *καταχρημενος*, vitiose ut apparet apud Gb typis exscriptum, ex I Bas. Thdrf. etc.

²⁾ Non rara sunt quale Ro 4, 2. ubi lectionis *προς θεον* ex ABCD*FG nulla ratio habetur. Ita etiam testatur titulum ex „B“ ad 1 Tim 1, 1. item „B“ ad 1 Tim 1, 2. (posterius ex Gb translatum), quamquam epp ad Tim etc in B non haberi constat. In evangeliiis quidem, quippe ad quae apparatusum doctis curis Davidis Schulzii auctum invenisset, non tam facile erat tantae negligentiae exempla edere. Nihilominus neque in his desunt eiusmodi ut Mt 26, 59. ubi silentio praeteritur *θαναισουσιν*, quamvis in ACDFGHLNA etc inveniat; ut Mt 27, 43. ubi non notatur *πιστευσωμεν* ex EPHLMA aliisque plurimis; ut Mt 18, 19. ubi nullus testis adfertur lectionis *συμμερησασιν*, quam BDERILVA alique multi praebent; ut Le 21, 14. ubi pro *θει* postquam dudum Wetstenius notavit ADL, apud Gb nihil est, apud Sz M 33. Sunt vero apud nos AB*DLNEX alii. Eiusmodi res ut *μετα* pro *μεθ*, cf ad Mt 26, 72. vel *ενατης* pro *ενατης*, cf ad Mt 27, 45. apud Gb pariter atque apud Sz vix ad apparatusum pertinere videbantur.

20. ubi habet: *απαξ ἐξεδεχero* c. codd. pl. Heb 11, 13: *καὶ πισθεντες* c. cdd. pl. Gal. 4, 17: *ἡμας* c. codd. recent. fere omnibus. Phil. 1, 23. *γὰρ* c. cdd. plerisq. Alterum ea spectat ubi Griesbachii notatio dubii quid habebat, quod Sz nec repetendum nec corrigendum duxit, sed qua mira securitate est delevit. Ita Ro 15, 17. apud Griesb. est: „D ap. Mill.“ 15, 24: „DE ap. Mill.“ item 1 Co 8, 2: „DE ap. Mill.“ 15, 25: „E ap. Mill.“ Haec falsa sunt omnia, nihilominus Sz. ubique „D“ „E“, „DE“ confidenter posuit, Millii cui ea debebantur nulla mentione facta.

Anno 1831. Caroli Lachmanni editio stereotypa prodiiit („Novum Testamentum Graece. Ex recensione Caroli Lachmanni.“), quam secuta est anno 1842. editionis maioris pars prior evangelia complectens, item anno 1850. pars altera cum reliquis libris¹⁾. Operis sui rationem reddidit in Stud. theol. et Crit. 1830. p. 817—845. breviterque ibidem 1835. p. 570 sqq. Denique, praeter brevissimam notitiam ad calcem editionis minoris pag. 461., in prolegomenis ad evangelia a. 1842. plura exposuit de singulis documentis a se adhibitis eorumque auctoritate atque imprimis „de recensendi arte,“ item in praefatione tomi alterius „de emendatione“ i. e. ea quae a coniectura pendet. Quibus coniunctis utendum est ut editoris mentem totam assequare; tamen postquam semel anno 1830. luculenter exposuisset quid toto opere suo vellet et qua ratione, ad id posthac respicere malebat²⁾ quam singula curiose repetere, praesertim quum mox

¹⁾ Titulus est: Novum Testamentum Graece et Latine. Carolus Lachmannus recensuit, Philippus Buttmannus Ph. F. Graecae lectionis auctoritates apposuit.

²⁾ Cf N. T. Graece 1831. 1837. pag. 461: „De ratione et consilio huius editionis loco commodiore expositum est (*theol. Studien und Kritiken* 1830, p. 817—845).“ Tum pergit, quibus post utendi locus erit, „hic satis erit dixisse, editorem nusquam iudicium suum, sed consuetudinem antiquissimarum Orientis ecclesiarum secutum esse. Hanc quoties minus constantem fuisse animadvertit, quantum fieri potuit ea quae Italorum et Afrorum consensu comprobarentur praetulit, ubi pervagatam omnium auctorum discrepantiam deprehendit, partim unciis partim in marginibus indicavit. Item cf N. T. Graece et La-

„ad fastidium usque expertus esset“ censorum suorum „eorumque theologorum,“ quos „olim doctos atque iuratos iudices falso existimaverat,“ „malignitatem.“ (Vide N. T. 1842. p. XXX.) Itaque nos quoque accuratius de opere eius exposituros vel maxime ad ea iubet reverti quae in Studiis theol. et Criticis scripsit.

Daturum igitur se professus est textum Novi Testamenti saeculo quarto in oriente vulgatum vel potius vulgatissimum. Huc haec spectant: In einer jüngern Gestalt brauchen wir so leicht keine Stelle zu geben, als sie in den letzten Jahren des 4. Jahrhunderts gelesen ward: p. 822. Ich bin gar nicht auf die wahre Lesart aus, die sich freilich gewiss oft in einer einzelnen Quelle erhalten hat, ebenso oft aber auch gänzlich verloren ist, sondern nur auf die älteste unter den erweislich verbreiteten: p. 826. Wo nur wenig Abweichungen auf dem Rande zu finden sind, da ist auch weniger Sicherheit, dass der Text die gebilligste Lesart des Orients liefert: p. 833. Cf etiam N. T. Gr. et Lat. 1842. p. XXIV. „in orientis exemplaribus cavendum est ne per temporum latitudinem vagemur et constitutos antiquitatis terminos excedamus, si forte illi tres edd. quibus paene solis utimur, quoniam eorum aetas accurate definiri adhuc non potuit, interdum aliquid quarto saeculo nondum cognitum ex novicio usu susceperint.“ Ibidem p. XXXII. „non quod me rectius aliis aut facilius, quid sancti auctores scripserint aut non scripserint, cognoscere posse dicam (nam id neque nunc agitur neque iis qui sibi arrogant invidendum est).“ Istum vero quem diximus textum ita inveniendum duxit, ut quaereret quid probatissimum esset codicibus „orientalibus“ ABC, consultis etiam fragmentis PQTZ evangeliorum et H epistularum, item de patribus Origene. Quibus discrepantibus adhaerendos esse „occidentales“ testes, atque ex horum auctoritate dirimendam illorum dissensionem. Occi-

tine. 1850. pag. IV. „totum recensendi negotium quomodo administrandum esset simpliciter et sine cuiusquam iniuria exposui anno 1830.“

dentales vero testes admisit Graecos Latinos de evangeliorum actuumque, de actuum, de epistularum; item Latinos evangeliorum a b c et in apocalypsi Primasium, praeterea Irenaeum Cyprianum Hilarium Luciferum, insuperque vulgatam editionem Hieronymi.

Hac in re Lachmannus classes testium orientalem et occidentalem cum Griesbachio adscivit, sed nullo modo quo id iure fecisset probavit, neque magis religioni habuit quod Griesbachius in singulis partibus ipsius codicis A, item B codicis, diversitatem recensiois invenisse sibi visus est¹⁾; nihilominus tota Lachmanni ratio vel maxime pendet ab his classibus recte constitutis. Hoc etiam inde clarum fit, quod occidentales codices ad tollendam orientalium discrepantiam adhibentur. Quae quidem res rursus mirum hoc habet quod, quum occidentalium codicum, iis qui creduntur orientis testibus dissentientibus, tanta sit auctoritas ut suo testimonio ad orientalem veritatem perducant, iidem nullo plane numero sunt ubi orientalium duorum aut trium consensus est. Cf. l. p. 827: *Der Widerstreit occidentalischer Zeugen kam nicht in Frage wo die andere Klasse einstimmig war. Hingegen entschied der Gebrauch des Occidents zwischen den schwankenden orientalischen Quellen.*

Inprimis vero quaerendum est an omnino fieri possit pro testium numero ut textus apud Christianos terrarum orientalium saeculo quarto vulgatissimus mathematica quam dicunt via constituatur. Hoc Lachmannus quum toto opere suo ponere deberet, ingenue tamen ipse negavit. Ait enim: In maxima Novi Testamenti parte codices A et B conferre possumus, sed non ubique. Per magnam partem Matthaei et aliquam Iohannis (6, 68—7, 6. 8, 32—52.), item 2 Cor. 4, 13 usque 12, 6. orientalium codicum non habemus nisi B, rursusque inde ab epist. ad Hebr. 9, 14. per quattuor integras epp. et apocalypsin unum A, accedente modo passim incerta codicis C — tum temporis nondum editi — auctori-

¹⁾ Cf supra pag. XXXI.

tate. (Cf. l. 1. p. 832.)¹⁾ Hoc quale sit in promptu est, atque ipse addit: His igitur in partibus (i. e. quarta fere totius N. T. parte) quomodo oriens inter varias lectiones fluctuet cognitu difficile est, neque dubium saepe lectionem parum vulgatam pro unica venditari²⁾. Quid quod alibi (p. 835.) confitetur pro testimoniorum penuria passim se a semet ipso descivisse: Ich habe mir gegen die Lesart einer einzigen orientalischen Handschrift, wo die Vulgata nicht entschied, zuweilen sogar erlaubt an einem dritten Orte Hülfe zu suchen, nämlich in anderen späteren und gewöhnlichen Handschriften.

Sed etiam locis iis ubi non eandem testium paucitatem habet mathematica Lachmannus ratione abuti videtur. Quo enim tandem iure pro certo ponitur, tres codices superstites, alterum quarti fere alteros quinti saeculi, consentientes textum saeculi quarti probatissimum tradere? Si sex vel modo tres alii aetatem tulissent, non magis invicem dissentientes quam ABC, Lachmanniani textus recensio mirum in modum immutanda esset. Hoc iam satis probatur solo codice c a me edito, cuius lectiones recepto qui vulgo dicitur textui consonas Lachmannus ad rationes suas nondum adhibere poterat.

¹⁾ „Aber wenn wir den Umfang jeder von diesen orientalischen Handschriften überschlagen, so ist bald ausgerechnet dass wir zwar im grössten Theile des N. T. wenigstens A und B mit einander vergleichen können, aber doch nicht überall. In einem grossen Theile des Matth. (Auch Ioh 6, 68 — 7, 6. 8, 32 — 52: sed his locis c collatum Wetsensio multum inuisse testatur) und 2 Cor 4, 13 — 12, 6. sind wir von orientalischen Handschriften einzig auf B beschränkt, und von Hebr. 9, 14. an (also in den Hirtenbriefen [item in epistula ad Philem.] und der Offenbarung durchaus) einzig auf A, wo uns nicht das immer seltene und oft unsichere Zeugnis von c zu Hülfe kommt.“

²⁾ Pergit l. 1.: Hierdurch entsteht unvermeidlich der Mangel dass in diesen Theilen nur selten das Schwanken des Orients zwischen mehreren Lesarten erkennbar ist, dass also gewiss oft eine wenig verbreitete für die einzige gelten wird. Wer sich daher meiner Ausgabe bedient, muss auf der Hut sein: wo in diesen Theilen des N. T. nur wenig Abweichungen auf dem Rande zu finden sind, da ist auch weniger Sicherheit dass der Text die gebilligteste Lesart des Orients liefert.

Atque idem probatur cum Luca palimpsesto Nitriensi tum fragmentis antiquissimis palimpsestis nuper a me in oriente repertis, quae prorsus e genere sunt testium Lachmanni. Textus vero qui an id ipsum sit quod se esse profiteatur, i. e. orientalis textus vulgatus quarti saeculi, etiam atque etiam dubium est, quale si solus per se sumitur inveniendi textus saeculi primi fundamentum esse poterit?

Atque haec quidem de textus Lachmanniani principiis per se spectatis atque ex se ipsis iudicatis. Horum vero ultra terminos progredienti et in factitanda re Novi Testamenti critica quid maxime utile, quid grave, quid necessarium sit circumspicienti vix dubium erit quanto in errore omnis Lachmanni ratio posita sit. Siquidem enim recte habent quae supra diximus de antiquissima textus corruptione eaque multo magis ante saeculum quartum quam post facta, item de virtute codicum uncialium secundi ordinis, quorum textum intra quartum saeculum et octavum inprimis depravatum ponere mera temeritas atque inscitia est, item de complurium interpretum, ut Syri, ut Gothi, itemque de Chrysostomi textu: cui tandem in mentem veniet tali via textus sacri salutem quaerere? Dandum enim est, in Platone, in Plutarcho, in quovis scriptore antiquo alio codicibus aliquot inventis vel etiam uno mille annorum omnem rem criticam absolutam videri. At id non item in sacrum textum quadrat, quippe quem nullo tempore magis quam ipsis primis saeculis alienorum studiorum licentiam expetitur esse non probabile sed certum est. Atque ab hac quidem parte satis mirari non possum quod permulti in eam delapsi sunt vel certe videntur opinionem, Lachmanni textum id ipsum esse velle quod quaeratur, sacrorum scriptorum textum. A qua „arrogantia“ eum alienissimum se praedicasse iam vidimus. Nec vero minus perverse agunt si qui ipsum apostolicum textum quaerentes in apparatu Lachmanni critico acquiescendum putant¹⁾.

¹⁾ Fuit nuper ex stolidis Lachmanni admiratoribus qui vel eo vehementer delectabatur quod recepta Lachmanni ratione tam pauca

Sed ad ipsum Lachmannum revertimur, qui quidem plurimum errorum, quam ipse se ducem praebuerat, aliorum socordia auctor factus est. Quaeramus quo modo suis ille satisfecerit principiis. Codices et Graeci et Latini quibus usus est editi erant praeter B Vaticanum, C palimpsestum et D Claromontanum qui paullo post a me edebantur, item Vulgatae codices Fuldensem et Amiatinum. Primum igitur de editis (AD^{ant}PQTZ, E act G et H epp. Paul., item a b c d bis e g. item Or Ir Cyp Hil Lcif Prim). Hos in ipsis ille editionibus accurate contulit (quamquam, quod memorabile est, codicem Cantabrigiensem ex splendida editione Kiplingii ut repraesentaret totum qualiscunque esset a se non impetravit nisi „victo immenso taedio“ cf. N. T. 1842. p. XXXV.) multisque locis a Wetstenio Grice Lachioque praetermissa indicavit, male animadversa correxit. Tamen contra commentarii sui leges in tam paucis iisque editis libris et ipse cum claro laboris socio alia multa vel neglexit vel male notavit¹⁾. Praeterea quam alienus fuerit ab anxia circa fundamenta

variantes in censum veniunt. Quidni mavult ille Vaticanum codicem aut Alexandrinum sequi, universis reliquis spreto vel etiam defensis? Quidni Vulgatam ille papae Clementis amplectitur, variantibus nullis onustam?

¹⁾ Ita e prioribus 15 Actorum capitibus haec nobis in promptu sunt: 1. 5. praetermiserunt D *ιωανης*, ibidem notant D *βαπτισθησισθ. αγιω* quum sit *αγ. βα.* 1, 7. notant: D* om *εστω*, at D* habet *η* 1, 26. habent: *σινψηφισθη* D et *σινψηφισθηνη* D*: at in codice est *σδηψηφισθη* i. e. D* *σινψηφ.* et ** *σινψηφ.* 2, 6. om quod D *και* pro *στι* habet 2, 12. A *διηποροιντο* habet, non *διηποροιν* 2, 22. D habet *δεδοκιμασμενον*, non *δοκιμ.* Ibidem d habet *in nobis*, non *in vobis* 2, 29. om quod D et d habent *ημιν* pro *ημιν* 3, 11. om E ad *αυτον* 3, 13. D habet *εις κρισιν*, non E 4, 16. om D *φανeroteron* pro *φανeron* 4, 17. om D *πλειον* pro *πλειον* 4, 34. testantur *οικειων* habere ABDE, sed non constat nisi de DE** 5, 17. male coniecerunt B omittere *ο* (5, 24. ineptum vitium ex E adsumpserunt: *εθανμαζον* mente *και διηποροιν*. Similia alia praetermittimus.) 5, 40. neglexere quod B, ut iam Btl testatur, *αυτους* om 6. 15. notant *και ητεριον δε* (*add εις corr*) *αυτω* D: at D^{corr} habet *και ατιρισαντες εις αυτον*. Ibidem rursus male coniecerunt *καθιζομενοι* ex B 7, 33. ad *των ποδ. σου* male de C referunt 7. 38. non referunt D* omittere *του* sec, nec 7, 39. D *οτι* pro *ω* habere, nec magis 7, 44. D omittere *ο* 7, 51. male A testem lectionis

laboris sui sedulitate, quam ipse toties laudat, probavit eo quod codicum P et Q palimpsestorum Guelferbytanorum editionem Knittelianam, ab accuratiore tractatione satis remotam atque locis plurimis, integris etiam plus decem columnis lacunosam, securus adhibere malebat quam quicquam ad pleniorum tantorum testium cognitionem conferre. Quid quod Knittelium scribit „negotium ita gessisse ut vix paucula dubitanda reliquerit.“ Vide N. T. 1842. p. XXIII. Ego vero nuper docui (vide etiam infra ad P et Q) Knittelii laborem tam esse imperfectum ut codicem utrumque ab eo editum in collectionem meam monumentorum ineditorum recipere nullus dubitarem. In Oxoniensi autem actorum codice edito a Thoma Hearne tam improbum ille studium posuit ut ineptissime ab editore errata curiose in commentarium reciperet, quorum quidem multa utpote in codice satis emendate scripto ut erroris convincerentur nec Oedipo opus erat nec litteris Oxoniensibus. Exempla sunt *εινοστο* pro *εγνωστο*, *επικαθηθεις*

καθως notant, quod ipsum propter hunc errorem receptum est in textum 8, 9. omittunt D *προῖπαρχων* pro *προῦπηρχων* 8, 19. non adnotant D *αν* pro *εασ*, nec magis v. 21. κ *μικρος* pro *μικς* 10, 11. ex merito errore fluxit notatio ad *μεγαλην* 12, 3. omittunt *αυτων* ad η *επιχειρησις* ex D 12, 10. D habet *προσηλθαν*, non *-λθον* 12, 23. ex B receptum est *δοξαν*, at B habet *την δοξαν*, ut iam 1846. in Stud. et Crit. Heidelb. indicatum est. 12, 24. D^{corr} non *ειξανεν* sed *ηειξανεν* habet 13, 1. omiserunt D *επικαλομενος* pro *καλ*. item quod D^c om *δ* 13, 6. d non *βαριησοιαν* habet sed *-εωα* 13, 17. D habet *ισραηλ*, non *τοι-ισρ*. 13, 46. male ex C notant *ην αναγκ*.; ibidem non viderunt D omittere *αναγκαιον* 14, 2. D habet *επηγαγον*, non *επηγον* 14, 7. male ex D afferunt *επι τη διδ*. *αυτων*, nam *αυτ*. deest 15, 2 D habet *εκτασεως*, non *ταπεινς* 15, 8. omittunt D *απηγγειλαν* pro *απηγγ*. 15, 23. D habet *αδελφος*, non *οι αδελφ*. Ceterum in his eiusmodi tantum spectavi quae quum edebat Lachmannus in promptu erant. Item in priore volumine per aliquot Marci et Lucae capita in excerbenda solius D scriptura toties erravit: Mc 6, 3. D habet *ο αδελφος*, non *αδελφος* Mc 7, 34. habet *ανιστιναξεν* pro *ιστιν*. 7, 37. habet *υπει εκπιμισσ*. pro *υπερπιρ*. 8, 38. habet *επαισχυνθησεται* pro *επαισχυνθη*, Mc 11, 22. habet *τοι θεου*, non *θεοι* 13, 1. habet *εκ των*, non *των* 13, 32. om *sec* 14, 51. habet *ηκολουθει* 15, 34. om *λεγων* Lc 1, 9. d habet *του κυριου*, non *τ*. *θεου* cum D 1, 20. habet *αρχις*, non *αρχι* 1, 29. habet *απεστη*, non *απεσταλη* 2, 8. habet *τας φιλακας* pro *φυλ*. 2, 16. habet *σπειδοντες* pro *σπεισαντες* 2, 21. habet *ονομασθη* non *ονομασθη*.

pro *επικληθεις*, *απτιωσα* pro *-ογα*, *προσενξαμενοι* pro *προσενξαμενοι*, *επηγγελιζιτο* pro *-ζετο*, *καθεσομενος* pro *καθεζομενος*, *ημμ* pro *ημω*.

Sed pergimus ad testes Lachmanni quos nondum editos adhibuit. Codicis B collationes adhibuit Birchianam et Bentleianam. Utramque satis imperfectam esse bene novit, quemadmodum ipse testatur: Birch ist höchst nachlässig und hat den Lucas und Johannes gar nicht verglichen. Thomas Bentley (sic) bemerkte nicht einmal, dass auf die untere Schrift zu achten sei, nicht bloss auf die oberen schwarzen Züge: er giebt also nur die Lesarten der zweiten Hand: ausserdem haben wir seine Arbeit auch nur durch Woidens Vermittelung. Tertiam Bartoloccii Parisiis servari dudum a Scholzio didicerat (is primum de ea retulerat anno 1823. in *Biblich-kritische Reise* p. 34 sq.): at nil fecit ut accuratius cognosceret, sed plane neglexit. Quae socordia circa testem textus novi quem quaerebat principalem eo magis taxanda est quoniam plurimis lectionibus quas duo illi collatores silentio praeterierant ipsum codicis B testimonium et in commentario adposuit et in textu secutus est. Quid quod ne id quidem fecit ut adsumpta Wolfii Cephalaei editione collectionem Miconianam rectius intellexeret; dubiis vero quibusdam Woidii notationibus tam imprudenter usus est ut apertissima vitia codici Vaticano imputaret, ut Act 5, 17. *αρχιμερος* sine articulo, Act 6, 15. *καθιζομενοι*, Eph 1, 3. omissum *εν*, Thess 4, 12. omissum *και*.

Codicem autem Ephraemi palimpsestum¹⁾, alterum sui textus testem principalem, quod unice hausit ex collatione Wetstenii, ad usum Lachmanniani operis imperfectissima, postquam noverat membranarum rescriptis iussu praefectorum bibliothecae dudum (annis 1834 et 1835.) chemica adhibita

¹⁾ De eo in *Stud. et Crit.* a. 1830. p. 832. ille sic: Durch einen Abdruck des codex regius Ephraemi und des Claromontanus könnten Pariser Gelehrte (at cur tandem Berolinensis professor omnem rem ad Parisienses defert?) sich ein unsterbliches Verdienst um die Kritik des N. T. erwerben. Eursusque in *Prolegg.* ad evv. p. XXII. „Parisiis per hos proximos centum annos nemo inventus est qui tanto thesauro promendo ecclesiae Christianae bene faceret.“

esse, qua re nova studia strenua eximium aliquem successum habitura certum esset, id eiusmodi est ut a „labore sedulitate anxietate,“ qua se verum quaesisse testatur prorsus abhorreat, ut quum ita didicerit „fidem religionem constantiam in nullo negotio posse adhiberi nimiam“ incredibilis suae temeritatis gravis ipse accusator extiterit. Iamvero quod detrimentum ab hac parte opus Lachmanni accepit tantum est, ut nulla re maius accipere potuerit. Quod etsi in altero maioris editionis tomo mea codicis editione adhibita compensatum est, tamen etiamnum in priore eiusdem editionis tomo permansit. Scilicet quamvis alterum anno demum 1850. foras daret, tamen prioris locum nullum, quum innumeros posset, corrigendum aut supplendum curavit.

Nec multo aliter de codice epistularum Claromontano existimari potest. Etiam hunc „tantum rei criticae thesaurum,“ cuius futurum editorem immortali merito auctum iri scripsit, quamvis ex longo inde tempore Parisiis omnium studiis patentem, ad opus suum adhibere noluit nisi ex collatione Wetstenii, quam satis mancam atque vitiosam fuisse mea codicis ostendit editio. Nec nimis Wetstenii laborem superaverat Sabatarius, a quo omnes Latinae eiusdem codicis lectiones Lachmanno repetendae erant.

Propositum erat hoc loco etiam docere quanta ille licentia ac saepe etiam quam male officio functus sit adhibendi ad Graeca lectiones Latinas. Plurima ad id et luculentissima exempla collegimus. Sed mitto in praesentia; nec addam nisi unum de collatis ab eo testibus eumque Latinum. Dum enim Graeco textui recensendo studebat, simul consilium cepit restituendi Vulgatum Hieronymi textum. Quam ad rem duorum prae ceteris codicum, Amiatini et Fuldensis, auctoritatem egregie valituram cognovit. Fuldensis vero libri quum „paulo minor esset in evangelii utilitas, quippe quae non ex ordine scripta sed in harmoniam contexta exhiberet,“ in evangelii certe primo loco habere debebat Laurentianum sive Amiatinum codicem. Hunc a Fleckio, quem „fabulantem,“ quem „parum diligentem“ carpit, nec nisi ab eo collatum esse scit. Quid igitur ipsum qui tanti operis laudem appetit facturum putemus,

ne dubiis suspectisque fundamentis superstruat novas aedes? Nihil facit nisi quod eundem Fleckium sequitur, qui locis fere mille corrigendus erat, non exceptis ineptissime erratis.

Iam vero his ita susceptis atque absolutis profecto est quod mireris, Lachmannum nihil magis agere quam ut „multum laborem et anxiam sedulitatem,“ „magnam artem et immensum laborem“ praedicet. Si talibus poterat fugare „Graecas suas,“ non item satisfactorius erat Bentleio et Bengelio, quos summos sibi fuisse magistros dicit et quorum vero anxiam sedulitatem magnumque laborem hodieque multi admirantur.

Sed ne quid praeterisse videamur quod in tota causa eminet, reliquum est ut videamus an recte professus sit exemplum se dedisse librorum sacrorum ita scribendorum ut excluderetur arbitrium. Cf Stud. et Crit. 1835. p. 570. sqq. et alibi saepe, ut N. T. 1842. p. IX: „neque in his libris, quorum nullam litteram neglegi oportere sentio, velim quicquam meo arbitrato meoque iudicio definire sed per omnia auctores sequi et antiquissimos et probatissimos.“ Atque hoc quidem fere recte habet quandoquidem, ut in proverbio est, a potiori fit denominatio. Sed, quod ipse leviter tantummodo indicavit L. l. supra, longe plurima sunt quae excipias. Exempla ubi suas ipse regulas deseruit, si quid video, haec sunt:

Mt 4, 6. recepit *ειπεν* ex z b c, spreto *λεγει* ex BD^v d 10, 25. recepit *βελζεβουλ* ex a (et vulgari textu) 11, 10. recepit *και* ex p a b c contra *ος* in BDZ Or 27, 46. scripsit *σαβακθανι* ex cv Mc 5, 12. recepit *παρεκαλεσαν* ex b c contra *παρεκαλονν* in AD b v 9, 28. recepit *οτι* ex b contra *δια τι* in ACD 12, 23. recepit *γυνη* ex b contra *η γυνη* in AD Lc 1, 76. recepit *και ου* c. a a b c Ir contra *και ου δε* in BCD d 22, 6. recepit *και* ex c a b c contra *και εξωμολογ.* (D ωμ. P ομ.) *και* in ABDP v Io 4, 21. edidit *γιναι πιστευε μοι* ex A (sed A *πιστευσον*) D c contra *πιστ. μη γιν.* in BC b Or bis Hil 15, 7. recepit *αν* ex b contra *εαν* in AD 18, 34. recepit *ω* ex b contra A o *ω* et c o *ω αντω* 20, 15. recepit *ω* ex b contra AD o *ω* (v. sq. *ω* ex BD contra A o *ω*) 21, 17. recepit *ειπεν* ex b contra *λεγει* in AD b (a c). Quae quidem similibus plurimis facile augeri possunt. Arbitrii autem vesti-

gia debebis in his agnoscere: Mt 12, 11. B a b c habent κρα-
 τισει et εγχει, D κρατει et εγχει, item εγχει ex C notavit
 Wetstenius, ex cuius silentio ad κρατει aut κρατισει Ln non
 audet concludere: hinc in textum recipit κρατισει et εγχει
 Mc 1, 8. εν bis (ante υδατι et πνευματι) om B v, item alterum
 b; hinc Ln prius intactum relinquit, alterum includit Mc 2, 21.
 B habet το πληρωμα αφ εαυτου το καινον των παλαιων, A απ
 αυτου το πληρ. το καινον των παλαιων, D cum Latinis το πληρ.
 το καινον απο του παλαιου: hinc Ln in textu exhibet το πληρ.
 απ αυτου το καιν. των παλ. Mc 14, 27. A a c habent εν εμοι, BCD
 v om; item A c v habent εν τη νυκτι ταυτη, BCD a omittunt:
 hinc Ln εν εμοι [εν τη νυκτι ταυτη] Lc 7, 21. AD v habent εν
 αυτη δε (item omissis δε a b), B c εν εκεινη: hinc Ln εν αυτη sine
 δε. Horum similia minime rara sunt. Quem denique locum,
 quam auctoritatem in mathematica recensendi ratione dabimus
 his et similibus: Act 27, 30. ubi, post φυγειν ex BC contra εκ-
 φυγειν in A, recipitur προωρις ex A contra προωρας in BC 27, 33.
 ubi recipitur προσλαμβανουμενοι ex A contra προσλαβομενοι in
 BC 27, 34. ubi, post προς ex AC invito B απο, recipitur ουδενος
 ex A invitis BC ουδενος praebentibus 1 Pe 2, 7. ubi απειθουσι
 ex A recipitur, reiecto απιστουσι in BC Apoc 21, 1. ubi εχον
 cum ζ recipitur reiecto εχων in A (praecedat το τειχος, cuius
 modi alibi minime respuit Ln). Similia in Apoc maxime haud
 pauca habentur.

Fortasse erit qui miretur tam curiose haec etiamnum a
 me pertractari. Sed id ut facerem, non tam Lachmanni me
 nomen impulit quam rei ipsius gravitas, eorum quoque ratione
 habita qui hodieque, ut celebri dicto abutar, cum Platone suo
 errare malunt quam ipsi verum sentire aut quaerere, petulantia
 scilicet illi ingenii compensantes studiorum severitatem et
 vaniloquentiae artibus se ipsos cum defuncto amico non dicam
 beatos sed sanctos praedicantes.

In editione quae prodiit 1849. hoc Prolegomenorum
 loco facta est mentio editionis Novi Testamenti ab Ed. de
 Muralto datae „ad fidem codicis principis Vaticani“ cum
 apparatu quodam critico. Quam editionem ab ea quae in his
 rebus postulatur religione fide scientia diligentia visam mihi

esse alienam, paucis et tamen opinor satis ostendi: vide pag. XLVII usque LI. Qua de re neque nunc aliter sentio; tamen iis quae olim scripta sunt acquiescendum duxi. Quod idem quadrat in Acta apostolorum a Fr. Aug. Bornemann „ad codicis Cantabrigiensis omnium praestantissimi reliquorumque monumentorum fidem“ edita ita ut nunc demum divini libri primordia eluceant.“ Quo quidem in opere ut eruditionis copiam studiique assiduitatem, ita monstruosam quandam ac perversam inesse dixi novitatem, ut saepe dubites per ludumve an serio scripta legas.

Nuperrime prodiit „Novum Testamentum Graece. Ad fidem potissimum codicis Vaticani B recensuit, varias lectiones codicis B, textus recepti, editionum Griesbachii Lachmanni Tischendorfii integras adiecit Philippus Buttmannus.“ In hoc similis quamvis non eadem fundamenti iniquitas est atque in Muralti opere; cum Vaticani enim codicis tam imperfecta cognitione non licebat textum ad fidem codicis Vaticani edere. Tamen vix dubium est quin doctissimus editor novas operis criticas ex isto thesauro prolatas strenue in rem suam sit conversurus.

Sed non praetereunda est editio Novi Testamenti Graeca et Latina quam edere nuper coepit S. P. Tregelles. Postquam enim iam anno 1844. foras dedisset: „*Ἀποκάλυψις τοῦ ἰησοῦ χριστοῦ ἐξ ἀρχαίων ἀπογραφῶν ἐκδοθεῖσα*. The book of revelation in Greek, edited from ancient authorities; with a new english version, and various readings,“ quo in libro quantopere sibi cum editione N. T. mea prima 1841. conveniret hunc in modum scripsit: When the present work was nearly completed, the Greek Test. of Tischendorf was published. This has certainly in the Revelation met my judgment far more than any critical text etc¹⁾ (quod quidem quum anno 1854. edebat „an account of the printed text“ etc

¹⁾ Testatur ibi etiam de fide sua: I avow my full belief in the absolute, plenary inspiration of Scripture, 2 Tim. 3, 16. I believe the 66 books of the Old and New Test. to be verbally the word of God, as absolutely as were the 10 commandments written by the finger of God on the two tables of stone: and because I thus fully believe in ifs
TISCHENDORF. N. T. Edit. I.

non repetiit): ante plures annos prospectu quem vocant susceptam a se totius N. T. editionem significavit, hoc utentem titulo: The Greek New Testament, edited from ancient authorities, with various readings, and the latin version of Jerome; by S. P. Tregelles, LL. D. Cuius editionis prima pars evangelia Matthaei et Marci complectens, hoc ipso anno ineunte ad me perlata est. Unde intellexi iis quae profitetur recensendi principiis ad textus conformationem eum pervenisse eiusmodi quae plerumque, ne dicam ubique, vel ad Lachmanni vel ad meam accedat. Quod quale sit ut probeam, per priora Matthaei capita quattuor adscribam, quibus ille locis mecum contra Elzeviros consentiat modo accedente modo discedente Lachmanno, item quibus a me discedens cum Lachmanno faciat vel etiam solus sit. Mecum igitur consentit locis his: I, 1. 5. ($\omega\beta\iota\delta$) 6. 8 et 9. 10. 10 et 11. 15. 18 bis ($\bar{\chi}\nu$ et $\gamma\epsilon\upsilon\epsilon\iota\varsigma$) 19. 20. 22. 25. II, 3. 8. 9. 11. 13. ($\phi\alpha\iota\upsilon\epsilon\tau\alpha\iota$) 15. 17. 18. bis 19. 23. III, 3. 4. 8. 10. 11. 15. 16. bis (sec et tertio loco) IV, 2. 4. bis 6. 9. sec loco 12. 13. sec loco 16. bis 18. 24. In his invito Ln mecum facit 1, 18. ($\bar{\chi}\nu$) 2, 13. ($\phi\alpha\iota\upsilon\epsilon\tau\alpha\iota$) 18. sec loco 3, 15. 16. tertio loco 4, 2. 6. 9. Cum Ln vero facit et quidem una cum ed. mea 1849. 1, 18. (om $\gamma\alpha\rho$) 2, 5. ($\epsilon\iota\pi\omicron\nu$, ut etiam ς) 13. (κ . $\sigma\nu$. ϕ . hoc ordine) 21. 3, 2. (Ln 49. om $\kappa\alpha\iota$, Treg. [$\kappa\alpha\iota$]) 6. 7. (Ln 49. om $\alpha\nu\tau\omicron\nu$, Tr. [α .]) 14. (Ln 49. om ω ., Tr. [ω .]) 16. primo et quarto (Ln 49. om $\kappa\alpha\iota$, Tr. [$\kappa\alpha\iota$]). Item cum Ln solo 1, 4. (ut etiam ς) 5. ($\beta\omicron\upsilon\omicron\varsigma$) 7 et 8. 24. 2, 22. pr (Ln om $\epsilon\pi\iota$ Tr [$\epsilon\pi$.]) et sec loco 3, 12. 4, 1. 5. 9. pr loco 10. (Tr. om $\omicron\pi\iota\sigma\omega$ $\mu\omicron\nu$, Ln [\omicron . μ .]) 23. (Tr. $\pi\epsilon\mu\iota\gamma$. [\omicron $\bar{\omega}$], Ln $\pi\epsilon$. \omicron $\bar{\omega}$). Item cum ed. mea 1849. sola 4, 3. et praeunte ς 1, 9 et 10. Denique solus recepit 4, 13. $\nu\alpha\zeta\alpha\rho\alpha$ (sed 2, 23. nobiscum $\rho\epsilon\theta$ habet) et 4, 23. $\epsilon\nu$ (quod Ln ex errore omiserat) $\omega\lambda\iota$; $\tau\eta$ $\gamma\alpha\lambda\lambda\alpha\iota\alpha$.

Ad apparatusum criticum adhibuit cdd. Graecos unciales

verbal inspiration, I judge that it is not labour ill bestowed to endeavour to search into the evidence which is obtainable as to what those words are etc. Paulo uberius relatam de hoc libro in Prolegg. editionis meae 1849. p. LV sq.

et paucos aliquot minusc., item plerosque Italiae et Vulgatae add., Syriacam versionem, Aegyptiacas, Gothicam, Armeniacam, Aethiopicam; item patres Graecos usque ad Eusebium, de Latinis Tertullianum, Cyprianum, Hilarium, Luciferum. Quae ad instrumenta pleraque studium suum contulit. Ut autem iam anno 1849. severos atque insignes Tregellii labores laudavi, quos per aliquot annos ad promovendam rem N. T. criticam suscepit, ita nunc eadem laus repetenda est. Quo enim anno ineunte, i. e. 1845, equidem ex longis itineribus per Europam atque orientem inde ab anno 1840. susceptis in patriam reversus sum, eodem fere exeunte Tregellius Romam profectus est, inprimis Vaticani codicis conferendi causa. Postea Florentiam, Mutinam, Venetiam, Monacum, Basileam adiit; anno 1846., eoque ut videtur exeunte, in Angliam reversus Londini contulit codicem G evv. et Syriacum evv. codicem (apud nos syr^{ca}). 1849 et 1850. Parisiis incubuit laboribus criticis, adiit etiam Hamburgum codicis H cum fragmentis Uffenb. conferendi causa. Anno 1853. Dublinii fragmenta Matthaei palimpsesta chemicis instaurata plene se legisse testatur (quamquam addit: „I cannot speak of important discoveries through my work on this Ms.“¹⁾), item postea, ut mihi scripsit, Londini Lucam palimpsestum Nitriensem. In his praeterii quod Berolini commercio Lachmanni fruitus est, etc. Sed superest ut de Lipsiensibus studiis eius dicam. Postquam accepisset ineunte anno 1849. priorem editionis novae meae partem evangelia continentem, misit ad me indices locorum fere ducentorum, quibus differre viderat a meis suas collationes codicum evv. euv, eum quidem ad finem ut ei quippe praeparanti suam ipsius editionem Ni Ti accuratius referrem de singulis lectionibus. Quibus ex communicatis quae ad meas corrigendas lectiones valere iudicabam, additis quas post misit correctionibus circa fragmenta evv. G Londinensia, adnotavi in Prolegg. ed. meae 1849. Tregellio vero ad suos ipsius usus remisit quae postulaverat. Quam rem

¹⁾ Haec omnia ex libro Tregellii: an account of the printed text etc desumpta sunt. Cf p. 160sqq.

ille sic narrat, postquam de collatis lectionibus suis cum meis dixit, „I immediately sent the result to Tischendorf, so that, when the complete volume appeared in the summer of 1849, he gave corrigenda in his Prolegomena, as to the readings of the Mss. of the Gospels *ægux*. Intellecto vero quem inde ipse perceperat fructu, anno insequenti ad me scripsit, se Lipsiam esse venturum si ipsi permitterem ut plenas collationes meas plurium *edd.* ad suas adhiberet. Quod quam libenter permissem, venit Lipsiam; ego vero tum temporis laborum mole obrutus tradidi ei quicquid ex collationibus meis postulabat, ita ut in domicilio suo omnes singulas commode in usum suum convertere posset. Quod dum faciebat, meo quoque futuro usui, si forte denuo utendi locus daretur antequam ipsius editio prodiret, eo prospexit quod passim adnotavit suorum a meis discrepantiam, quemadmodum etiam Hamburgo Lipsiam reversus suas codicis *h* et fragmentorum Uffenb. *ep. ad Hebr.* collationes mecum communicavit. De quibus studiis Lipsiensibus sic refert (an introductory notice etc 1857.): Tischendorf, whose collations have been compared with mine for our common advantage, ut iam antea (an account etc): for our mutual benefit (nimirum quum vix e manu exisset mea *N. T.* editio, acerrime expectabam collationum mearum examen. Ceterum se missurum promisit quaecumque ex ipsis bibliothecis de locis collationumstrarum dubiis rescriberent, at nunquam misit „for our mutual benefit.“) I made the comparison of our respective collations of *κ*, *υ* and *χ*, of *η* and *γ* etc. De communicatis mecum notis circa cod. *Clar.* statim dicam. Antequam vero Lipsiam venisset, didicerat ex litteris meis institutam a me codicis Amiatini editionem (prodiit autumno 1850.) Rescripsit se eundem codicem contulisse — exceptis quidem omnibus ineditis in codice, ut praefationibus, capitulorum indicibus, argumentis, brevibus, quae 74 paginas editionis meae in fol. min. efficiunt — suaeque mihi collationis copiam fecit. Quod, quamvis plenam meis excerptis fidem haberem, non recusandum duxi, quo maiori cum fiducia tam grave opus, in quo plus mille errores Fleckii corrigendi erant, edi posset. Retuli de hac re, ut par erat, in Prolegg. codicis

mei Amiatini; ubi vero disorepabat a me Tregellius, quod raro accidit, solebam me ipsum sequi, si nonnihil orthographicorum excipis, ut Mt 23, 26. Pharisee pro - saee Mc 1, 6. silvestra pro sylv.¹⁾ Ut autem praeteream quibus post prodesse eius studiis mihi contigit, non possum quin hoc loco dicam, quam aegre feram recenti memoria tanta illum videri invidia ac malevolentia laborare, ut officium detrahendi de laboribus meis in se recepisse credendus sit. Quod quidem tam curiose si quid ipse in libris meis erravi indagat promulgatque, id gratum et mihi et litteris facit, atque spes est ut feliciter iam repertis nova addat. Quod vero pietate omni ac fide exuta illis non satis habet, sed fingendi calumniandique indulget libidini, id eiusmodi est ut a me debeam defendere et iustos homines quid verum sit docere. Satis autem habebo tribus exemplis uti.

An introduction p. 184. de codice Nitriensi haec habet: The intention of publishing the Nitrian fragments had been communicated by Tregelles to many, and amongst others to Prof. Tischendorf. After, however Tregelles had made all the arrangements for the publication, and just as he had completed a reexamination of the MS. for that purpose, he

¹⁾ Hanc rem quod attinet, Tregellius unper prima pagina libri: an account etc in haec erupit: In p. 170. I have given a list of the places in which T. has not followed my collation of this MS., but in wich I find, from Signor del Furia, that my collation really is right. The „list“ sic habet: Mt 27, 20. legi princeps, non principes Mc 14, 43. de non ex 9, 13. ex duo correctum esse duos Io 6, 54. legi bibit, non bibit 2 Tim 3, 16. div. insp., non insp. div. 4, 10. legi Galatiam, non Galliam* Galatiam** 1 Pe 3, 20. legi patientia, non clementia. Revera T. has not followed the collation of Tr., scilicet non magis in his quam Mt 13, 55. ubi habebat fratres pro frater aut Act 5, 15. ubi servabat liberarentur pro -bantur, aut alibi. Mt 27, 20 et 1 Pe 3, 20. iam a Fleckio notata erant: haec igitur ut videtur me fefellerunt. 2 Tim 3, 16., quem locum iam rectissime Fleck, ex mea collatione non est; videtur in transcribendo peccatum esse. Mt 14, 43. revera notavi ex pro de proptereaue edidi: si falsum est, meus error est. Io 6, 54 revera bibit adnotavi, non item ad v. 56; Tr. habebat bibit ad v. 56. non item ad v. 54. Scilicet locutio atrobique eadem, unde errare facile. Rursus me ipsum secutus sum, mea enim fide edebam. Denique 2 Tim 4, 10. etiamnum errare Tregellium quamvis a bibliothecario doctum certissima mihi res est.

received a communication from Prof. Tischendorf, stating that it would be superfluous for an edition of it to appear in England, because he was about to bring one out at Leipsic. Quae res sic habet. D. 24. m. Aug. 1854. Tregelles mihi scripsit: „Mon sujet en venant à Londres est à collationner des fragmens Palimpsestes dans le Musée Britannique (les 45 feuilles que vous appelez R), qui sont trop considerable pour etre negligé dans mon N. T. qui est maintenant dans les mains des imprimeurs.“ Ego vero m. Mart. medio a. 1855. tertium in Angliam profectus sum ut labores antea nondum absolutos recipere. In his non ultimum locum occupabat codex Nitriensis, quem quum S. V. Cureton edendi consilium abieciasset, indicatum a me a. 1850. in prolegg. ed. N. T. (p. XIV.: „Editionem parat S. V. Cureton.“), altero volumine Monumentorum Sacr. edere constitueram. Aliquot diebus postquam Londini inceperem codicem describere, bona fide ea de re certiores feci Tregellium, invitans ut et ipse Londinum veniret. D. 22. m. Mart. 1855. respondit ille his: „Il me semble que vous avez lu les Fragmens de S. Luc bien vite: ce palimpsest m'a occupé pour quelques semaines. Si vous le publiez, il faut que vous soyez fort exact, car il y a aussi des personnes qui examineront votre impression avec un rigueur severe. Il y a aussi des personnes qui ont proposé publier ce MS. en Angleterre il y a deux ou trois années. Dans votre edition du palimpsest qui contient une partie du N. T. il y a des lettres qui vous avez indiqué comme illisible qui je suis certain qu'on peut déchiffrer avec soin; mais pour cela il faut avoir une grande patience. En vérité vous avez fait beaucoup pour tous ceux qui sont occupés avec des choses critiques: il serait presque incroyable si il n'y avait pas quelque chose pour des autres à déchiffrer apres vous.“ Quemadmodum igitur anno 1854. ne litterulam quidem ad me scripserat de edendo a se codice, ita nec tum quum ei significaveram secundo Monumentorum volumini a me editionem destinatum esse, aliud rescripsit nisi hoc: il y a aussi des personnes qui ont proposé publier ce MS.

en Angleterre. Brevi post respondi inter alia ei haec fere:
„Les travaux que je me suis efforcé, depuis presque une
vingtaine d'années, d'exécuter pour la science sacrée, sont
des plus consciencieux; je regarde toute ma vie comme un
sacrifice pour la science sacrée. Il y a des amis reconnais-
sants dans le monde, j'aimais toujours à vous compter parmi
eux. Quant aux ignorants, aux envieux, aux ingrats, le
monde en est plein; j'en ai souffert depuis le commencement
de ma vie littéraire: la grâce de Dieu nous les donne aussi
bien que les amis; mais elle m'a aussi donné les moyens de
poursuivre toujours avec succès mes entreprises, dont on
s'est moqué assez souvent . . . Je n'ignore point que je
ne suis pas exempt de l'erreur, que mes travaux, tout con-
sciencieux qu'ils soient, ne sont pas libres de fautes; mais je
serai toujours heureux de trouver des personnes instruites
et consciencieuses qui se mettent à me contrôler. La
science n'y pourra que gagner; les sérieux amis de la
science sauront toujours apprécier ce que j'ai fait, malgré
les efforts des méchants et des envieux.“ Rursus die 31.
m. Mart. Tregelles rescripsit: „Il faut que je vous dise que
le palimpseste dans le Mus. Brit. est le MS. que j'ai eu
l'intention de publier il y a quelques années, comme je vous
ai écrit en 1853 (!), et maintenant je trouve que le libraire
qui avait l'expectation de le donner au public par mes soins
desire le faire . . . Ceux, pour lesquels je travail, me
tiennent à mes promesses, et comme on a publié l'Homère
en Angleterre, il me semble que le S. Luc doit être publié
naturellement ici aussi. Vaudra-t-il mieux qu'il y aura ce
MS. publié en deux éditions; le mien séparée, et le votre
avec des autres monumens?“ Ad haec ego nihil respondi.
Si enim verum erat quod — m. Mart. a. 1855 — scripserat:
„Ceux, pour lesquels je travail, me tiennent à mes pro-
messes,“ non erat quod exspectaret alterum Monumentorum
meorum volumen, quod circa initium a. 1857. prodiiit. Cuius
prospectum quum edebam exeunte fere anno 1855, Tregellio
misi cum litteris, quibus ni fallor dicebam bonarum littera-
rum non eam mihi rationem esse videri ut quae Lipsiae

edantur, in Anglia pro peregrinis sint habenda. At quum iam m. Mart. a. 1855. proposuisset ille ut, quae cum aliis monumentis equidem coniuncta ederem, ipse singulari ederet libello, quid tandem impedivit quominus textu 45 foliorum nulla mora edendo promissis suis satisfaceret? Quod utat est, ea quae nunc de eadem rescripsit, non dissimilia litteris die 31. m. Mart. 1855. ad me datis, eiusmodi sunt ut oblitus sit, mendacem oportere esse memoram.

Eadem vel peggiore etiam fide circa codicem Claromontanum versatus est. Cuius edendi quae studia mea fuerint, plane expositum est in Prolegg. cod. Clarom. p. XXXV seqq., unde graviora in his ipsis Prolegg. repetenda curavi: vide infra in catalogo subsid. crit. ad D epp. Paul. In his eminent hoc quod, quum in paranda editione N. T. II. Lips. intellexissem, post curas meas intra annos 1840. 1841. 1842 bis iteratas quartam totius codicis retractationem valituram esse ad correctorum lectiones ex apographo meo recte edendas, hieme a. 1849. rursus Parisios repetii novumque intra aliquot menses totius codicis examen institui, unde exemplum meum quibuscunque locis opus erat emendatum est. Hoc quum optime sciret Tregellius atque in editione perscriptum videret, nihilominus et in libro suo: *An account of the printed text 1854.* p. 164. et in altero: *An introduction* p. 192. rem ita tradidit ac si ex meis et ipsius notis confecissem appendicem („sixty-two quarto pages“). Ac probaturus quantum ipse hanc ad rem valuerit, scribit: „whoever compares these corrections of D in Tischendorf's Gr. Test. with the Appendix to Cod. Clar., will see that many amendments have been introduced.“ Cautè igitur silentio praeteriens et hoc loco et in libro nuperrimo, ad emendandas correctorum lectiones, ut in apographo meo dudum notatae indeque ad N. T. 1849. adhibitae erant, eodem anno exeunte me repetisse iter Parisinum, finxit ex differentia apparatus Novi Test. 1849. et appendicis cod. Clar. 1852. dici posse studiorum ipsius gravitatem. Quum Tregellius Lipsiae me adisset a. 1850, sane die aliquo antemeridiano attulit libellum, unde coram mihi indicabat nonnullorum locorum lec-

tionem quas in ed. Ni. Ti. mea a. 1849. non recte notatasprehenderat. Quum vero brevi ante ad ipsum codicem diligentissime exegissem totum apographum meum, vix operae pretium erat. Id quod nullo modo dissimulavi, quemadmodum ipse se sensisse significat notans l. l. „sometimes indeed we differed as to which hand had made the correction, and then Tisch. has given simply his own opinion.“ Nihilominus eius rei, quoad aliquid momenti habere videbatur, fideliter rationem reddidi. Ad quattuor enim locos¹⁾ de tribus quae appendix complectitur millibus revera quodammodo valuit communicatio Tregelliana. Hinc vero mirari satis non possum, re pessime depravata eo nunc illum arrogantiae processisse ut appendicem ed. meae codicis Clar., cuius tali nimirum officio praestito ne exemplar quidem gratis accepit, „printed from his and my notes“ dicere auderet.

Anno 1855. in Monum. sacr. ined. Nov. Coll. volumine I. plura Novi Testamenti fragmenta edidi ex cod. palimpsesto antiquissimo, quem brevi ante secundo itinere orientali cum codicibus aliis pretiosissimis multis ex mille annorum tenebris protrahere contigerat. Quo de labore ille (An introduct. p. 186. item 184.) breviter sic: „In the printed edition there are oversights and omissions.“ Iam supra significavi consentire me Tregellio scribenti: „il serait presque incroyable si il n'y avait pas quelque chose pour des autres à déchiffrer apres vous.“ Quamquam enim nulli unquam operae peperci, tamen facile credo atque scio in tot tantisque laboribus, quibus alios — summo Bentleio non excepto, cf. Anecd. sacr. et prof. p. 213. et infra ad F epp. Pauli — in legendis

¹⁾ Cf Prol. p. XXXVII. „uno ille loco articulum a correctore obelis notatum animadvertit ubi obelos ego non notaveram. (Ipse laudat etiam 1 Co 1, 24. a se animadversum, quod dixi in ligatura codicis latere.) Item 127, 5. „Non possum quin Tregellium cl. errasse existimem nuntiantem post βρωστω; additum in codice esse *ovr.*“ Item 387, 9. „Tregellio visum est *απο* a D^{ms} improbatum esse. Quod nec vidi nec credo.“ Nullo praeterea loco per folia 533 apographi mei, quibus levissima quaeque atramentis variis rubro aliterque ad distinguendas singulas retractationes notata sunt, Tregellianae communicationis ulla mentio facta est.

maxime iudicandisque veteribus codicibus saepissime erroris convincere debebam, me ipsum passim errasse. Tamen non possum quin, quod de editis meis fragmentis ille scripsit, pro audaci calumnia habeam, nisi vitiosos editionis locos luculenter docnerit.

Sed haec satis sunt. Poterit enim ad haec facile iudicari qua ille fide in reliquis utatur. Quod paucis probandum duxi propter theologos Anglos eos, qui ex longo iam tempore mea circa textum sacrum studia magno favore ornarunt eaque re hos ipsos labores maiorem in modum promoverunt. Illos vero, qua sunt iustitia sinceritate verique amore, obtrectatorum iniurias pronis auribus accepturos numquam credam.

Ultimo loco mearum editionum priorum breviter rationem reddere licebit.

Ac primum quidem prodiit: Novum Testamentum Graece. Textum ad fidem antiquorum testium recensuit, brevem apparatus criticum una cum variis lectionibus Elzeviriorum, Knappii, Scholzii, Lachmanni subiunxit, argumenta et locos parallelos indicavit, commentationem isagogicam notatis propriis lectionibus edd. Stephanae tertiae atque Milliana, Matthaiana, Griesbachiana praemisit Aenoth. Frid. Const. Tischendorf. 1841. Absoluta est haec editio ineunte mense Octobri a. 1840; quo eodem mense exeunte, postquam publica defensione libelli de recensionibus quas dicunt textus Novi Testamenti, ratione potissimum habita Scholzii, impetrassem theolog. in acad. Lips. docendi veniam, Parisios profectus sum, plus quadriennium in bibliothecis terrarum peregrinarum consumpturus. Prolegomenorum initio legitur commentatio quam modo commemoravi, pag. V. usque I. De Scholzio ibi tribus potissimum partibus agitur, quarum prima refutatur quod ille vult, duobus prioribus post Chr. saeculis textus integritatem nisi forte in rebus levissimis non turbatam esse; altera ostenditur errasse illum putantem codices classis Constantinopolitanae superstites eadem fere qua codices secundi saeculi virtute praeditos esse; tertia probatur quam inepte ab

indole utriusque classis codicum, a rationibus quas plerumque vocant internis, causae suae commendationem petierit. Invenit autem prima mea editio praë ceteris laudatorem veteranum criticum Davidem Schulzium. Scripsit is diligentissimam libri censuram: Neue Jenaische Allgemeine Litteratur-Zeitung Nr. 145. Nr. 146. Nr. 147. (per columnas 27) unde pauca adscribam. Exorditur his: Seit langer Zeit war dem Unterzeichneten kein so erfreulich literarisches Geschenk dargeboten worden als diese neue Ausgabe des N. T. von einem bis dahin fast ganz unbekanntem jugendlichen Bearbeiter des von den frühesten Jahren her ihm selbst sehr werthen und ungemeyn am Herzen liegenden Feldes der N. T. Kritik und Interpretation. Zu einer Zeit, in deren vorherrschender Richtung besondere Begünstigungen dieser Art von Studien keineswegs gegeben waren - - da hat in stiller Zurückgezogenheit T., unterstützt blos durch Beirath und Verwendung des verehrungswürdigen Winer, dem dornvollen aber der Mühe werthen Gegenstände einen angestregten und, wie vor Augen liegt, von sehr glücklichem Erfolge begleiteten Fleiss gewidmet. Pag. 603. habet: Desto freudiger begrüsst er das Unternehmen T's, gern bereit zu dessen Förderung und Unterstützung nach Kräften mitsuwirken, um, wenn es Gott verleiht, das hier begonnene, deutsche Fleisses und deutscher theologischer Forschung in jedem Betracht würdige Werk noch zur Vollendung gebracht zu sehen. Wenn aber, wie zu besorgen steht, die gegenwärtige Zeit nach ihrer Richtung in unsern nächsten Kreisen sich nicht besonders erkenntlich für seine Anstrengungen erweisen sollte, so darf T. doch die Ueberzeugung festhalten, dass die kommenden Geschlechter sein Verdienst zu würdigen wissen und dankbar anerkennen werden. Et ad finem pag. 614. vehementer cupiens ut pergerem, rursus addit: in einer Zeit, wo wir ihm nicht gerade eine glänzende und allgemeine Anerkennung verbürgen möchten. Quibus a laudibus non deorat qui maxime dissentiret. Carolus enim Lachmannus in Prolegg. editionis suae maioris a. 1842. breviter sic statuit: „illa editio, si verum dicendum est, tota peccatum est.“ Ego quidem minime ignorabam quantopere quae primo

conatu praestiteram distarent a proposito; nihilominus ii quorum in usum parata erat editio propius ad Schulzii quam ad Lachmanni sententiam accesserunt; certe enim intra paucos annos exemplaria omnia divendita erant.

Quod antequam fieret, duas novas editiones parandi copia mihi facta est Parisiis. Altera hunc titulum habet: *Nov. Test. Graeco. Ad antiquos testes recensuit, lectionesque variantes Elzeviriorum Stephani Griesbachii notavit C. T. Parisiis, Ambr. Firm. Didot. 1842.* (Dedicata est viro rerum Franciae publicarum summo tum temporis arbitro, simulque ecclesiae apud Parisienses evangelicae praesidio ac decori, Fr. Petr. Guil. Guizot.) Haec recognitione potissimum evangeliorum facta, in summa rei textum repetebat ex prima editione Lipsiensi, cui ipsi lectiones editionis Parisinae in appendice Neapoli Lipsiam missa aestate 1843. adiunctae sunt. Prolegomena novis studiis praeposita sunt paginarum 22, item lectiones variantes in appendice paginarum 91 exhibitae. Ceterum huius editionis exemplaria erroribus haud paucis deformata vidi; inreperunt enim inde quod in typis editionis eius quae Graecum versionis Vulgatae Latinae textum habet corrigebantur corrigenda ad efficiendam hanc nostram textus conformationem (ut indicatum est in ipsa editione pag. XIII.); quam vero in his correctionibus recognoscendis nullam partem habere, accidit ut passim minus recte typis exscriberentur. Misi quidem postea exemplar emendatum Parisios, sed an ad typos corrigendos adhibitum sit non satis scio.

Altero vero editionum mearum Parisinarum hoc titulo prodit: *Nov. Test. Graece et Latine. In antiquis testibus textum versionis Vulgatae Latinae indagavit, lectionesque variantes Stephani et Griesbachii notavit, viro S. Venerabili Jager in consilium adhibito, C. T. Parisiis, Ambr. Firm. Didot. 1842.* (Dedicata est archiepiscopo Parisiensi Dionysio Augusto Affre.) Huius ex Prolegomenis nonnulla afferam, ut intellegatur qui factum sit ut tale opus in me susciperem, et quae ipsius ratio sit doceam. „Quum exeunte anno 1840. Parisios venissem, Firminus Didot, vir de Graecis litteris merentissimus, proposuit mihi ut Novi Testamenti, quod in

magna eius collectione Graeca exstaret, edendi curam susciperem. Placuit tum eum textum, quem ex antiquissimis potissimum testibus constitueram et Lipsiae publicaveram, ita repetere ut lectiones quae plerisque Alexandrinae audiunt paullo magis etiam tenerentur. Quibus in mediis curis, intercedente viro S. Ven. Jager, mens ita mutata est ut Graecus Novi Testamenti textus edendus videretur talis, qui maxime eos sequeretur codices ad quos conformatus videretur textus Vulgatus Latinus. Cuius causa inuito consilio doctissimus Jager grave duxit ut quaecumque in versione Vulgata Latine leguntur, ea ex auctoritate antiquorum testium Graecae exprimerentur. Quod quum viderem textum quendam versionis Vulgatae Graecum futurum esse, eumque tum Graecarum litterarum apud Gallicos universosque catholicos theologos studium egregie adiuturum; tum leges meas adornandi Graeca, a sermone Latino plane alienas illas quidem, longe lateque promulgaturum; tum denique singulare quoddam et de statu antiquorum documentorum et de versionis Vulgatae ingenio fore testimonium: hoc quoque officii in me recipiendum esse putavi. Ac memineram statim parantem me ed. meam Lips. saepe delectari magna ea consensione quam inter versionem Latinam et antiquissimos aliquot testes Graecos inveniebam, ut Mt 26, 60. Act 20, 28. Io 5, 4. -- Tamen vero ii ipsi loci non tam ad versionem Vulgatam quam ad vetustissimas Latinae versionis cdd. spectant, atque nunc quum de istius tantum lectionibus quaereretur, paullo alia res erat. Nihilominus has et ipsas sciebam suum sibi in criticis locum vindicare, saepe etiam praestare lectionibus Graecis Elzevirianis, nec tamen ullo nunc modo agi hoc ut a me de earum auctoritate existimaretur." - „Ut haud pauca gravissimorum et codicum et patrum Graecorum auctoritate commendantur - ita sunt multa quae uno tantum et altero teste eoque decem et plus p. Chr. saeculis posteriore nituntur.“ „Sunt etiam loci qui ex auctoritate antiquorum testium Graecae exprimi nequeant.“ „Qua de re si qui historicis existimare rationibus voluerint, haec moneo. Libri versionis Hieronymi manuscripti veteres inprimisque veterrimi persaepe a versione Vulgata sancita ita

differunt ut vel ad Graeca accedant illi ubi haec ab iisdem plane discedit, vel illi cum Graecis consentiant antiquissimis ubi haec cum cdd. admodum recentibus facit. Videntur autem in magna lectionum quae putantur Hieronymi varietate libri brevi post Hieronymi aetatem exarati ab eius textu abesse proxime.¹⁾ Deinde constat Hieronymum multa in textu intacta reliquisse quae ipse haud probaret. Postea uberius expositum est de rationibus quas in constituendo novo textu secutus eram. Huc pertinent haec: „Haud recte fieri visum est ut ad unam eandemque lectionem Latinam in Graecis efficiendam ex alio teste peteremus alterum, alterum ex alio; sed eam lectionem Graecam quae proxime ad Latinam accederet eligendam duximus integram.“ „Neque vero in textum admisisimus quae videntur quidem exprimere Latina, sed per se spectata inepti quid habent.“ „Abstinuimus a recipiendis iis lectionibus quas non nisi unus alterve de testibus in margine exhibet.“²⁾ „Neque magis incertis quibusdam lectionum notationibus novas lectiones ausi sumus superstruere.“ „Singulares quaedam nominum formae aut constanter aut plane non recipiendae nobis visae sunt.“ „Iis locis ubi, quod accurata rei scientia docet, Latina non premenda sunt, non studiose id egimus ut, si tamen fieri posset, exprimeremus Graece; sed optimas quas ipsi existimamus lectiones secuti sumus.“ Ad finem vero scripta haec sunt: „Erit opus nostrum frugis optimae, ubi primum fecerit ad studium Graeci N. T. textus suscitandum alendum fovendum apud ipsos eos quibus Latinus textus praeter ceteris commendatus et sancitus est; tum vero adiuverit atque illustraverit versionis Vulgatae usam criticam; denique ingenia quae et pia et strenua sunt ad novas excitaverit lucubrationes, quibus ad veritatis lucem magis magisque perveniatur.“

Sunt haec, opinor, eiusmodi ut iniustos reprehensores,

¹⁾ Haec ipsa verba Gregorius XVI. coram me recitans prorsus probavit, iteratis „buono buono“ insigniens. Cf ed. meam codicis Amiatini.

²⁾ Ad celebrem locum 1 Ioh 5. 7 sq. accurate notatum est in appendice quid auctoritatis a Graecis testibus habeat textus editionis Vulgatae.

quales olim liber invenit,¹⁾ quippe plerosque quid rei esset plane ignaros, arcere ac docere possint. Aegre fero quod spes mea ad novas lucubrationes labore illo excitandi nondum expleta est. Repetita quidem est editio quum maiore tum minore forma - talis enim forma in usum inventutis studiosae catholicae mox parata est - sed quum multa ad promovendam ipsam rem suscipi possent, eorum susceptum est nihil. Illud vero nuper pessima fraude factum est, quod minori editioni eiusdem textus Graeci ad Latinum conformati pro meo nomine propositum est Jageri professoris Parisiensis tanquam auctoris nomen, nisi quod benevolentiae unaque stolidae audaciae testandae causa non modo in ipso titulo additur „una cum C. Tischendorf“ restaurasse Jagerum, rursusque admonitionis pag. 4. scribitur: „Hanc concordiam adnotavi et auxiliante C. Tischendorf excerpseri,“ quemadmodum paulo ante praecedit: „inter editiones maximi pretii eminent C. Tischendorf ed. Lips. et Paris. quae ad Vulgatam maxime accedunt,“ sed etiam post „admonitionem“ novi editoris ea quam ad archiepiscopum Parisiensem anno 1842. scripsi dedicatio una cum prolegomenis aliquot meis ad verbum adiungitur, deleta tantummodo nominis subscriptione.

Post has vero duas editiones Parisienses contigit ut novam pararem editionem Lipsiensem, laboribus multis variisque novem annorum perfectiorem ac meliorem. Prodiit anno 1849. hoc titulo: *Novum Testamentum Graece*. Ad antiquos testes recensuit, apparatus criticum multis modis auctum et correctum apposuit, commentationem isagogicam praemisit C. T. Editio Lipsiensis secunda. 1849. Haec editio tantam sibi laudem paravit, ut iam anno ineunte 1856. nullum exemplar apud bibliopolas superesset nec magis antiquariorum quos

¹⁾ Horum in numero erat anno 1844. etiam S. P. Tregelles, re quidem tam parum cognita, ut pessime confunderet alteram editionum mearum Parisinarum cum altera, et quam „apud catholicos Gallicos“ valituram scripsissem, eam Anglicis theologis opinaretur destinatam. Vide librum quem 1844. edidit: *αποκαλύψις ἡσων χριστου* etc pag. XVII. Quem quidem errorem dudum illum intellexisse ac demonstrasse, non est quod addam.

vocant curis facile ullum inveniri posset. Sed iam brevi postquam prodisset editionibus manualibus communi vel academico usui prospectum est. Anno enim 1850. rogante Bernharδο Tauchnitio editio stereotypa prodiiit hoc titulo: *Nov. Test. Graece*. Recensuit Const. Tisch. Haec, quam Tauchnitiana nuncupare placet, ad duplicem usum destinata erat: non enim tantum sola foras dabatur, sed etiam cum libris Veteris Testamenti Hebraice a Car. G. Guil. Theile editis anno 1849. Pendet cum in textu tum in commentario maxime ab editione critica anni 1849, nisi quod passim nonnihil recognitum vel etiam additum est. Sub textu notata est lectio Elzeviriana.¹⁾

Commemoranda hoc loco est etiam, quam anno 1851. apud (Avenar. et) Mendelssohn edidi, *Synopsis evangelica*, „ex quatuor evangelii ordine chronologico concinnata, praetexto brevi commentario illustrata, ad antiquos testes appposito apparatu critico recensita.“ Neque huic operi emendandi textus cura plane deerat. Ceterum secundum vulgata vel potius ipso libri textu non mutato „in commodum academicum repetita“ est anno 1854.

Tauchnitianam vero totius N. T. editionem illam praestat ea quam nomine editionis academicae edidi apud Hermannum Mendelssohn (antea Avenar. et Mendels.) Praestat enim non tantum curiosiore textus recognitione, accuratiore et argumentorum et locorum parallelorum notatione, additis textui capitulis Ammonii Eusebiique canonibus, sed etiam eo quod brevis adnotatio critica cum Elzevirianis simul omnes lectiones ab aliis commendatas vel dignas commendatione complectitur. Prodiit autem primum in Triglottis nostris, quibus hic titulus est: *Nov. Test. triglottum. Graece Latinè Germanice*. Graecum textum addito lectionum variarum delectu recensuit, Latinum Hieronymi notata Clemen

¹⁾ Similes editiones prodierunt curis Knappii, Schotti, Vateri, Theilii aliorumque, qui quidem Griesbachiana crisi ita usi sunt ut textum Elzevirianum probatissimis Griesbachii lectionibus mutatum repeterent. Inter has ceteris praestat Theiliana editio, quam Bernh. Tauchnitius per hos viginti annos iam saepius ex stereotypis repetendam curavit.

tina lectione ex auctoritate codicum restituit, Germanicum ad pristinam Lutheranae editionis veritatem revocavit Aen. Fr. C. T. 1854.¹⁾ Anno vero 1855. prodiit separatim Nov. Test. Graece. Recensuit inque usum academicum omni modo instruxit C. T. Editio academica ex triglottis. Eadem divenditis mille exemplaribus ex typis repetita est „secundum correctam“ anno 1857. Denique prodiit 1858. (1858. certe ex usu bibliopolarum in titulo notatur): Nov. Test. Graece et Latine. Graecum textum addito lectionum variarum delectu recensuit, Latinum Hieronymi notata Clementina lectione ex auctoritate codicum restituit C. T. Ex triglottis.

Postquam igitur his libris omnibus labores nostri circa Novi Testamenti textum plus quindecim exemplarium millibus in vulgus exierunt, hanc novam damus editionem, quam ex computatione priorum editionum, nulla quidem repetitionum eiusdem libri stereotyparum ratione habita, septimam nuncupare consentaneum erat. Prodit autem forma duplici, tribus millibus et quingentis exemplaribus exscripta. Alterius formae ea est, quam titulo criticae maioris insignivimus; alterius vero quam criticam minorem diximus. Differunt eo quod minor ex maiore excerpta est, opibus criticis ita minutis, ut praeter nostras etiam Elzevirorum, Griesbachii, Scholzii, Lachmanni lectiones notatione critica eaque paullo succinctiore illustraremus, notis reliquis plerisque resectis. Hinc ubi accuratiora quaerentes commentarius minoris editionis destituet, maiorem adire par erit. Ipsam vero minorem editionem commentario critico perfectiore uti quam Wetstenianam, Griesbachianam, Scholzianam, Lachmannianam, data opera facile intellectum iri spero.

¹⁾ Hanc editionem etiam catholicis theologis nostratibus probatam esse gaudeo. Teste utor clarissimo Welte prof. Tubingensi in Theol. Quartalschr. 1855. fascic. 1. pag. 153. „Die Verdienste Herrn T. um die Verbesserung des Neutest. Schrifttextes seit einer Reihe von Jahren sind bekannt, und sie erhalten durch die Neutest. Triglotte einen neuen nicht unbedeutenden Zuwachs.“ Item p. 162. Die Bemühungen Herrn T. den Hieronym. Vulgata-Text soweit möglich in seiner Urgestalt wiederherzustellen, verdienen ohne Widerrede dankbare Anerkennung.“

INDEX SUBSIDIORUM CRITICORUM.

A. CATALOGUS CODICUM GRAECORUM.

1. CODICES, LITTERIS UNCIALIBUS SCRIPTI.¹⁾

Eiusmodi codices vel codicum reliquiae ad nostra tempora pervenerunt 51: quo numero non comprehensi sunt ii qui evangelistariorum et lectionariorum nomine insigniuntur, qui quidem, etsi et ipsi scripturam uncialem habent, tamen maximam partem ex imitatione magis quam ex usu temporis istum in modum scripti sunt, atque aetate, si paucos exceperis, decimum saeculum non superant. Ex illis vero 51 totum Novum Testamentum nunc ne unus quidem comprehendit integrum; neque olim nisi tres putandi sunt comprehendisse; 16 fragmenta tantum pauca continent. Ad evangeliorum textum pertinent 40, ex quibus vel integrum textum (5: BKMSU) vel fere integrum (3: ELA) vel maximas eius partes (10: ACDPFGHXGA) comprehendunt 18; multa textus fragmenta 5: IPQEZ, aliquot fragmenta 3: NTY, pauca tantum fragmenta 14: P^aN^bH^cCOO^aObO^cOdO^eT^sW^aW^bW^e. Item ad actorum textum pertinent 9, quorum 3: ABK integrum (AB) vel fere integrum (K) textum continent, 4: CDHG^L fragmenta plurima, duo: P^aI pauca. Textum epistularum catholicarum praebent 5: 4 ABKG^L integrum, unus c magna ex parte. Item

¹⁾ Hos oculis meis examinavi omnes, exceptis Mosquensibus K epp. et v evv. cum paucis fragmentis Mosq. n^o epp. et o evv., item z Matthaei Dubl. rescr. z epp. Paul. nullius fere pretii et fragmentis Woid. Graec. Sah. r^a. Insignivi † signo quos ediderunt alii vel ipse cditurus sum, †† signo quos iam edidi, ††† quos transcripsi vel contuli.

Paulinas epistulas 14: integrum quidem nullus, fere integrum duo: DL; maximam partem 7: ABCDFEK, aliquot tantum fragmenta 5: P^aΣIMN. Apocalypsin denique tres comprehendunt ABC: integram duo AB, C magna ex parte.

Aetas horum codicum argumentis palaeographicis magna cum probabilitate definiri potest; ipsum enim annum quo scriptus est unus tantum s (annum 949.) subscriptum habet. Poterunt autem accuratiore aetatis ratione habita in classes fere septem has distribui: unus B saeculi quarti videtur esse; 7: CAI (pleraque fragmenta) K^bQTT^s quinti; 11: D EVV. D EPP. K actorum H EPP. Paul. MN^o EPP. Paul. OEPZKI (aliquot fragm.) sexti; 4: P^aI (folia duo) O^de septimi; 8: B APOC. K EVV. L EVV. W^aW^bW^c TA octavi; 17: F EVV. F EPP. Paul. G EPP. Paul. H actorum K EVV. K EPP. L(G-L) ACT. ET EPP. M EVV. M EPP. Paul. OO^aOO^bEVXGA noni; K EPP. Paul. G EVV. H EVV. SU decimi saeculi.

Codices omnes usque ad saeculum septimum scripti i. e. ABCD EVV. D EPP. K ACT. H EPP. IXX^bXX^cO O^dPRQTT^sZ, item P^aei (fol. unum act.), nondum habent accentuum usum. Spiritus quidem ac magis etiam apostrophus passim inveniuntur iique idonea de causa adpositi, quemadmodum ὁ δῆλος in foliis Borgianis Sahidicis Graecis (τ) observavi; item ἐγὼ κατὰ ἐκ' ἑνὸς ἀλλ' ἑνα, ὁ ὀπίσω in cod. Alexandrino; item ἀβρααμ' ἰλημ' ἰσαακ' γεννησάρετ' ἰλισαβέτ' in Luca palimpsesto Londinensi, συριγγας in cod. Frid. Aug. Nonnulli posteriore aetate accentibus donati sunt, ut n^o10 (partibus vel sectionibus iis quas secundus corrector usui ecclesiastico aptas reddidit) D epistularum Paulinarum, K epist. Paulinarum, e. Qui vero primi accentibus sunt instructi, codices ab octavo inde saeculo scripti — id quod certe de Novi Testamenti libris certum est — ii multis rebus a ratione quae post invaluit

¹⁾ Censor libri Tregelliani: an introduction etc. in Stud. et Crit. Heidelb. 1858. pag. 558. notavit me adsensisse Birchio statuenti accentus in cod. celeberr. Vatic. ipsa prima manu adpositos esse. Hoc qui dixit, inepte finxit. Luculenter enim quum alibi tum in iisdem Stud. et Crit. 1847. p. 129 sqq. docui contrarium. Qua de re disputatio mea his orditur: So weit mich nun meine eigene Prüfung zu einem Urtheile berechtigt, muss ich Hug gegen Birch beipflichten, und namentlich vor Allem darin, dass Accente und Spiritus keineswegs von der ersten Hand stammen. Praeterea ipse accuratissimum facsimile quod vocant addidi duorum locorum qui a correctore intacti manserunt proptereaque nullis accentibus utuntur.

discedunt, saepe quidem vel plerumque imperfectiora sequentes. Scripturam singularum paginarum plures, ut $\Delta I L P Q R$, binis columnis distinctam habent, unus β ternis columnis (codex Frid. Aug. quaternis: quo summae vetustatis indicio, voluminum papyraceorum similitudinem referente, ab omnibus quod sciam similibus cdd. differt), alii ut CXX per totam paginam continuam exhibent. Singula verba in codd. uncialibus continua serie scripta sunt; etiam in iis qui accentus habent, nisi quod ipso accentu distinctio fit quaedam; parit autem ea res eo maiorem legendi difficultatem quo rarior interpunctio est. Antiquissimi enim codices simplici puncto ad summam plerumque vel mediam fere litteram adposito utuntur, eoque rarius solent interpuncti esse quo sunt vetustiores. Codex autem antiquissimus Vaticanus plerumque (sic) interpunctionem nulla alia re exprimit quam brevi spatio in media scriptura relicto. Quod idem in antiquissimo libro Latino observavimus, quem evangelii Palatini nomine edidimus, cf ibi Proleg. § 5. In codice vero Frid. Aug. (vide Proleg. § 5.) nullis relictis spatiis tam raro interpungitur ut duabus integris columnis folii secundi nusquam inveniatur punctum, in tertia columna semel, in quarta bis. Similiter in psalmis papyraceis Londinensibus (editis in Mon. sac. ined. No. coll. vol. I.) similibusque monumentis nulla est interpunctio. Scriptura per stichos i. e. versus breves, saepe brevissimos, textu ad sensum distincto, ad usum maxime ecclesiasticum vel recitationis causa adhibita esse videtur. Scripti sunt eo modo codex evangeliorum et actuum Cantabrigiensis (\mathfrak{D}), codex actuum Laudianus (\mathfrak{L}), codex epistularum Pauli Claromontanus (\mathfrak{D}), fragmenta epistularum Paulinarum Coisliniana (\mathfrak{H}). Quae ratio scribendi sumptuosissima mox desuefacta est; quod autem commodum habebat, compensatum est frequentiore ac multiplici interpunctione. Ita punctum diversa potestate vel ad caput, ubi plurimum valebat, vel ad pedem litterae collocabatur vel mediam ad litteram. Inventa sunt etiam commata et puncta duplicata. Interrogationis vero signum ante nonum vel octavum saeculum vix adhibitum est neque post nisi paucis in usu erat. Litteras scriptura uncialis antiquissima rotundas et quadras habebat; postea pro rotundis oblongae, pro quadris varie flexae adhibebantur. Compendia scribendi in ipsis antiquissimis exemplaribus ut $\beta\alpha$ usitatissima fere haec sunt: ANOC ANOY

ΑΝΟΙ etc ΘC ΘΥ etc IC IY etc KC KY etc
 ΜΗΡ ΜΡC ΜΡΙ etc ΟΥΝΟC ΟΥΝΟΥ
 ΟΥΝΟΙ etc ΠΗΡ ΠΡC ΠΡΕC etc ΠΝΑ
 ΠNC ΠΝΙ ΠΝΑΓΑ ΠΝΙΚΟC ΠΝΙ
 ΚΩC etc CΗΡ CΡC CΡΙ etc (passim etiam CΡΟΥ
 CΡΩ pro σταυρου et σταυρω ut Δ habet Mt 27, 24. Gal 6, 2.
 et alibi) ΥC ΥΥ etc ΧC ΧΥ etc pro ανθρωπος θεος
 ιησους κυριος μητηρ ουρανος πατηρ πνευμα πατηρ υιος χριστος.
 Item ΔΔΔ ΙΗΛ vel ΙCΑ ΙΑΗΗ) pro δαυειδ ισ-
 ραηλ ιερουσαλημ. Ad haec adde Κ pro και (similiterque ται
 exprimitur) ΕΙΠΕ ΤΟ etc pro ειπεν τον etc exeunte
 versu. Passim etiam ου sed rarius per compendium exprimitur.
 Etiam alia nonnulla passim ad compendia trahebantur sed non-
 dum in ABCD similibusque cdd. Plane abhorret a scriptura unci-
 ali iota subscriptum; sed nec iota adscriptum nisi rarissime in
 posterioribus aliquot cdd. uncialibus invenitur, ut ωι (item υ
 Mt 25, 15.) παρεξει Lc 7, 4 in Δ, ξυλωι Lc 23, 31. in κ. Etiam in D
 inventum est Mc 1, 34. ηδισαν. Quibus de rebus accuratiora
 quaerentes adire velim codicum plurium antiquissimorum edi-
 tiones nostras, quibus ipsorum scriptorum accurata specimina,
 quae vocant fascimilia, addita sunt. Placet vero etiam hoc ipso
 loco aliquot codicum ABC versus adscribere, adhibitis typis iis
 quos ad imitationem librorum quinti potissimum saeculi in usum
 Monumentorum sacrorum parari iussi, unde certe hoc poterit
 perspicui quae maxime litterae pro formarum similitudine in codi-
 cibus antiquissimis facile inter se permutari potuerint.¹⁾

¹⁾ Multis ex annis novam Palaeographiam Graecam praeparo,
 quam ad adornandam specimina codicum plurimorum vetustissimo-
 rum iam inscripta sunt lapidi. Tali libro quam opus sit nostra aetate
 litteras Graecas quum discentibus tum docentibus, historia Uranii
 atque Hermæ palimpsestorum Simonidis, qui tot litterarum lumini-
 bus fucum fecerunt, mirum in modum docuit. Potest enim vero firma
 harum rerum peritia non acquiri, nisi quis libros scriptos maximeque
 antiquissimos, qui quidem non frequentissimi et ubique terrarum
 dispersi sunt, suis oculis viderit et ad id ipsum diligenter et circum-
 specte examinaverit. A Montefalconio quidem si forte quis etiamnum
 omnem rationem palaeographicam peti posse opinatur, egregie fallitur.

Praeterea vero etiam dudum in animo habeo — ut iam anno

Codex A. Luc. 12, 28 sq.

ΕΛΘΗΝΤΗ ΔΕ ΥΤΕΡΑ ΦΥΛΑΚΗ
 ΚΑΙ ΕΝΤΗ ΤΡΙΤΗ ΦΥΛΑΚΗ ΚΑΙ
 ΕΛΘΩΝ ΕΥΡΗΘΥΤΩΣ ΜΑΚΑΡΙ
 ΟΙ ΕΙΣ ΙΝΟΙ ΔΟΥΛΟΙ ΕΚΕΙΝΟΙ
 ΤΟΥΤΟ ΔΕ ΓΕΙΝΩΣΚΕΤΕ ΟΤΙ Η
 ΕΙΔΙΟΟΙΚΟΔΕΣ ΠΟΤΗΣ ΠΟΙΑ

PN
 E

Codex B. Marc. 1, 1 sq.

ΑΡΧΗ ΤΟΥ ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΥ
 ΙΥΧΥΙΟΥ ΘΥΚΑΘΩΣ ΓΕ
 ΓΡΑΠΤΑΙ ΕΝ ΤΩ ΗΣΑΙΑ ΤΩ
 ΠΡΟΦΗΤΗ ΔΟΥΛΟ ΣΤΕΛ
 ΛΩ ΤΟΝ ΑΓΓΕΛΟΝ ΜΟΥ
 ΠΡΟ ΠΡΟΣΩΠΟΥ ΣΟΥ
 ΚΑΤΑΣΚΕΥΑΣΕΙ ΤΗΝ ΟΔΟ
 ΣΟΥ ΦΩΝΗ ΒΩΩΝΤΟΣ

Codex C. Marc. 16, 14.

ΥΣΤΕΡΟΝ ΑΝΑΚΕΙΜΕΝΟΙΣ ΑΥΤΟ...
 ΘΗΚΑΙ ΩΝ ΕΙΔΙΣΕΝ ΤΗΝ ΑΠΙΣΤΙ...
 ΚΑΡΔΙΑΝ ΟΤΙ ΤΟΙΣ ΘΕΣΑΣΑΜΕΝ...
 ΕΚΝΕΚΡΩΝΟΥΚΕ ΠΙΣΤΕΥΣΑΝ
 ΤΑ ΗΚΑΙ ΕΙΠΕΝ ΑΥΤΟΙΣ ΠΟΡΕΥΘΕΝΤΕ...
 Ζ Ξ Ψ

1849. indicatum est — clavem quandam Novi Testamenti critica m edere, in quam congerenda erunt quaecumque vel instrumenta critica vel textus historiam vel ipsam artem criticam spectant. Quam supplementi instar ad hanc Novi Testamenti editionem annis qui proxime futuri sunt prodituram spero.

A. AD EVANGELIA.

† A codex Alexandrinus Musei Britannici a Cyrillo Lucari patriarcha Constantinopolitano antea Alexandrino per Thomam Ree ex legatione Turcica Londinum redeuntem Carolo I. Britanniae regi anno 1628. dono missus. Alexandrini nomen inde accepit quod Cyrillus donator ex Aegypto, cum sedem Alexandrinam relinqueret, secum attulisse creditus est. Quae res ut per se dubia est, ita testimonio quod contra est in dubium vocata est a Ioh. Iac. Wetstenio. Invenerat is enim in litteris ab avunculo Ioh. Rodolfo Wetstenio a. 1664. Bernam scriptis, Matthaeum Muttis Cyprium, patriarchae Cyrilli diaconum, retulisse codicem illum in monte Atho inventum esse. Tamen etiam in ipso codice notatum est cubiculo patriarchali Alexandriae anno 1098. dono datum esse. Continet utrumque Testamentum fere integrum. In V. T. psalterio praefixa sunt Athanasii (defuncti a. 373.) epistula ad Marcellinum et Eusebii in psalmos hypotheses, item *περιοχαι, κανονες ημερινοι* et *νικητηριοι*; ad calicem vero psalterii cum precationibus variis ex V. T. desumptis tres ex Luc. 1. et 2. unaque *υμνος εωδιως* leguntur. Novi Testamenti libris subiunctae sunt Clementis Romani epistolae duae, deperdita maiore alterius parte. Quam ad rem ipse respicit catalogue librorum Novi Testamenti, in quo post *αποκαλυψις ιωαννου* scripta haec sunt verbis quattuor: *κλημεντος επιστολη α | κλημεντος επιστολη β | ομου βιβλια...* (numerus deperditus est membrana scissa) | *ψαλμοι σολομωντος ιη'* (hi igitur psalmi una cum altera parte epistolae Clementis secundae excidisse putandi sunt.) Per evangelia textui quum Ammonii sectiones tum Eusebii canones adscripti sunt; item capita maiora (*τιτλοι*) indicata sunt in marginibus, quemadmodum etiam exhibentur in tabulis ante singula evv. positis. Nihil vero divisionum quae ab Euthalii maxime auctoritate pendebant in actibus et epistulis adest. Notam habet codex (post indicem librorum sacrorum) Arabicam, recentiore aliqua manu adpictam, in qua refertur ipsum creditum esse calamo Theclae martyris scriptum. Quam martyrem Cyrillus patriarcha, iis quae ipse ad illam traditionem respiciens inscripsit in codice, nobilem feminam Aegyp-

ad Ioh. Petrop.
1. Ioh. 2. Pauli.
(Hebr. inter Theod.
Tsim.) & art. 24
4. app. cath. s. n.
5. Daron. s. p.
see Ty
Quas. s. p. pag. 2.
returnas. s. h. d.
yat non nisi te
Xantun. s. i. h. a.
u. h. t. a.
arch. s. p. a. p. i. o.
yat s. p. i. m. a. s.
s. e. r. d. e. s.

tiam paulo post concilium Nicaenum dicit*). Examinatus et collatus est codex inde a Patricio Iunio bibliothecario a multis; anno vero 1786. Novum Testamentum ad ipsius codicis similitudinem editum est cura Woidii. Quo negotio magna ille cum laude perfunctus est**), quamquam aliquot locis an recte ediderit dubitare licet. Eiusmodi loci sunt: Luc 9, 13 *αγγραφωμεν* et 9, 36. *ευρηθη* 13, 14. *συνερχομενοι* Mc 6, 8. *ζουην* 13, 20. *τους εκλεκτου ους* Iac. 2, 2. *εισηλθη* 2 Co. 1, 9. *τους νεκρου*: tamen vitia eius generis a similibus odd. non aliena sunt. Ab errore vero esse quae edita sunt Eph 4, 1 et 2. *εκληθηθη* et *πρασθητος*, nuper iam observatum est. Rarus ex magno opere Woidii lectiones quae ab editione Stephani tertia differunt omnes excerpit atque edidit G. Leb. Spohn in Notitia codicis Alexandrini 1788. Qua in re raro sed tamen aliquoties erratum est, quemadmodum Act 15, 1. pro *τω μωσεως* relatum est *τον μωσεως*, ibidem 21, 27. *επεβαλον* pro *επεβαλαν*. Item Apoc 19, 2. praetermissum est *δικαιω πρωταις* pro *δικ. αι κρ.*, ibidem 21, 14. *ιχων* pro *ιχον*. Aetatem codicis quod attinet, omnibus quae palaeographiam spectant (tetigimus haec in codicis Ephraemi Proleg. sect. 1. §. 3 et 7. Cf. etiam sect. III 2 et 3.) et quae huc faciunt reliquis perpensis scriptum puto medio fere saeculo quinto. Hiat in evv. Mt 1, 1. usque 25, 6. *βιβλος-ο νυμφιος*, item Ioh 6, 50. usque 8, 52. *ινα-λεγει*. Praeterea passim in marginum extremitate abscissae sunt litterae.

† B codex Vaticanus numero 1209. signatus. Utrumque continet Testamentum et quidem integrum, nisi quod in Veteri maxima pars libri Genesis: ab initio usque ad 46, 28. et in psalterio omnia inde a psalm. 105, 27 usque ad 137, 6. perierunt, item in Novo explicit verbis *αμωμον τω θεω καθα* — i. e. Heb

*) Qua de traditione laudatis Grabii Prolegg. in editione mea Veteris Test. Gr. 1856. pag. LXV. haec scripsi: „Quodsi verum est, ut in veteri est proverbio, non facile spargi rumore quin aliquid subsit, ex celebri S. Theclae coenobio Seleucensi, quod iam Gregorii Nazianzeni tempore florebat, Alexandrinus codex prodisse recte visus est; unde facile fieri poterat ut ipsius Theclae manu exaratus diceretur.“

**) Quam parum vero editor Veteris Testamenti Henr. Herv. Baber susceptae rei satisfecerit, exposui in Prolegomenis editionis meae Veteris Testamenti Graeci. Vide ed. sec. 1856. pag. LXIX sqq.

9, 14. deperditis epistulis quattuor integris: 1 et 2 ad Tim, ad Tit, ad Philemonem, una cum apocalypsi. Quando et unde in bibliothecam Vaticanam perlatus sit, non certo liquet; tamen inde ab ipsis bibliothecae primordiis ante medium saeculum XVI. eum in eadem suum locum habuisse testantur veteres librorum Vaticanorum indices. Indiciis praestat antiquitatis summae: membrana tenerrima, litterarum uncialium genere simpliciter ac puro, nullis litteris initialibus ad modum voluminum papyraceorum, interpunctione rarissima et plerumque vacuo spatio compensata, trium columnarum usu, orthographia antiquissima. (De accentibus non est quod rursus dicamus. Vide supra pagina CXXXI.) Accedit quod per textum evangelicum nullum sectionum Ammonii aut canonum Eusebii vestigium habet nec magis per reliquos libros quicquam quod ab Euthalio pendeat; sed proprias habet quum evangeliorum tum actuum atque epistularum divisiones, in quibus maxime memorabile hoc est quod epistulae Pauli tanquam unum continuumque opus dividuntur, ita ut numeri sectionum a prima epistula usque ad ultimam continuentur. Subscriptiones et inscriptiones librorum omnium maxima simplicitate excellent. Singula vide in commentario, item supra ordinem singulorum librorum maxime epistularum Pauli. Denique huc valet quod initium epistulae ad Ephesios verba *εὐ εὐ εὐ* a prima manu non habet, sed secunda demum (id quod contra Hugium satis probasse mihi videor: vide infra) adscripta in margine. Quae de re quae veteres testantur vide in commentario ad h. l. Habent autem ista antiquitatis indicia coniuncta tantam vim ut nullus dubitem codicem Vaticanum omnibus Ni Ti reliquis priorem habere ac saeculo quarto eique fere medio adscribere, ita ut eandem fere antiquitatis laudem cum codice Veteris Testamenti Friderico-Augustano habere videatur.

Laborum circa hunc codicem criticorum quaedam potest historia scribi. De prioribus collatoribus Andr. Birch (in Proleg. Variarum lectionum ad text. IV evv. 1801. pag. XXVI.) haec adnotavit: „Lectiones nonnullas ex Vat. cod. a Wernero Noviomago (ab urbe „Nimwegen“ denominato) excerptas primus publicavit Lucas Brugensis. Erasmo quoque innotuisse eum ex aliis argumentis tum ex ipsis verbis eius in adnotationibus in Acta App. p. 331. N. T. anni 1585. satis manifeste adparet, quo loco monet codicem Graecum Pontificiae Biblio-

thecae 27, 16. lectionem *αυδα* habere; quae de nostro codice sunt accipienda, cum hic solus inter omnes codd. Gr. ita legat. Caryophilus postea et socii, quibus iussu Paulli V. cura editionis N. T. commissa fuit, etiam hoc nostro usi sunt, ut ex Caryophili collatione a P. Possino edita palam fit. Ex Luca Brugensi Millius et post eum Wetstenius illa desumpserunt quae in adnotationibus eorum Vaticano codici assignantur, in quibus tamen referendis non semel contra veritatem peccatum fuit. Nam ut de Millio taceam qui innumeris in locis coniectura usus codici nostro lectiones tribuit quae in illo non ad-sunt, ipse Wetstenius, qui Millium hoc nomine reprehendit, in simili errore versatur. De suo ipsius labore testatur: „Integra Matthaei et Marci ev., App. Acta, ut et Epistolas omnes, omni qua id fieri potuit diligentia, contulimus. Lectiones Lucae et Iohannis, ex schedis Bentleii exscriptas, amice cum nobis communicavit Ill. et Doctiss. Woide.“ (Hinc minus recte Woide in epist. ad ill. Michaelem Gottingensem d. 25. Febr. 1789. data scribit: Communicavi Birchio quae de cod. Vat. foras dedit. Vide post.) Edidit autem collationes suas Birchius in Variis lectionibus etc. Sed de Birchio accuratius post dicemus.

Iam enim ante Birchium duae institutae sunt collationes codicis Vaticani, altera manu Bartoloeccii, altera mandato et impensis Richardi Bentleii. Quam priore loco dixi, servatur in bibl. antea Reg. nunc Imp. Parisiensi Mss. Gr. Supplem. Nr. 53., addita epistula d. 11. Nov. 1669. scripta. Quam postquam in adornanda editione sua usum se dixit Scholzius et revera aliquot locis adhibuit (cf. et. *Biblich-Krit. Reise* p. 36.), ipse primus accuratius aperui dissertatione inserta *Studiis et Crit. Heidelb.* 1842. auctorque fui ut alii, inter quos Ed. de Muralt, inde discerent. *Ibidem* a. 1847. docui etiam, auctorem collationis, qui se nominat „Giulio di Sta. Anastasia“ non esse (ut visum „K. H.“ videtur Parisiensi adscribenti: *Cette écriture est peut-être de Léon Allatius*) Leon. Allatium sed Bartoloeccium, bibliothecae Vaticanae quondam custodem et auctorem cel. Bibliothecae Rabbinicae: id quod ex ore reverendi viri Molza Romae didici. Facta est collatio Bartoloeccii ad ed. Ald. 1518. indicaturque litteris adiectis („*Particola di Lettera del M. R. P. B. Giulio di Sta Anastasia, al P. B. Henrico di S. Giuseppe*“): è stata notata ogni minima variazione

de Testi, e se bene pare che alcune cosette s'haveriano potuto lasciare, pure per mostrare che s'è fatta somma diligenza, perciò s'è notato ogni cosa. Nihilominus inferior est alteris duabus quae Birchii et Bentleyi nominibus insigniuntur.

Altera vero collatio Bentleyana instituta est, ut iam notavimus, mandato et impensis Richardi Bentley. Usus est manu Itali Miconis. Qua de re Dr. Thomas Bentley, litteris d. 2. Aug. 1726. Roma datis ad avunculum Richardum scribit: I have seen most of the Testaments in the Vatican. The finest and oldest is of all the Bible, which I suppose is that Micon collated. Had you a collation of all the N. T. from him? etc. (cf The Correspondence of Rich. Bentley. Lond. 1842.) Sequitur ex hoc testimonio errasse Woidium — eumque ipse secutus 'sum in Proleg. ed. Lips. 1849. pag. LVIII — ad eel. Michaellem d. 25. Febr. 1789. haec scribentem: Wegen der Varianten des Cod. Vat. kann ich Ihnen folgende zuverlässige Nachricht geben: Dr. Richard Bentley schickte seinen Neveu Thomas Bentley nach Rom um den Cod. Vat. zu collationiren. Es geschah vor mehr als 40 Jahren. Haec sola haec pertinent, sed damus etiam reliqua eiusdem epistulae scitu satis digna. „Bentley starb, und machte nicht seinen Sohn zum Executor, denn mit dem war er uneins, sondern seinen Neveu Richard Bentley, der Senior Fellow im Trinity College Cambridge und Rektor in Leicester-Shire war und D. D. wurde. Dieser Mann hat alle Papiere seines Onkels mehr als 40 Jahre in seiner Beszung gehabt. Kein Mensch bekam sie zu sehen. Wie ich den Cod. Alex. wollte drucken lassen, schrieb Hr. Dr. Heberden, ein gelehrter Medicus, sein alter Schulfreund, an ihn und ersuchte ihn, ihm die vatic. Collation zu überlassen. Er antwortete: wenn Woide die vatic. Collation haben will, so mag er nach Rom reisen, er kann den vatic. Codex da finden. Ich gab doch noch nicht alle Hoffnung auf, und erhielt auch wirklich durch einen Freund das Versprechen, dass, wenn ich wollte nach Himkley in Leicester-Shire kommen, so wollte Herr Bentley die Collation ihm leihen. — Ich reisete ungefähr hundert Meilen, und konnte die vatic. Collation auf zehn Tage erhalten. Ich bat nachgehends noch um eine Woche. Dr. Bentley erlaubte es. Er vermuthete aber nicht, dass diese Zeit würde hinlänglich sein zum Abschreiben. — Ich schickte ihm das Buch mit einem Briefe

zurück. Er war überaus unwillig als er hörte, dass ich die Collation abgeschrieben hatte. — Er starb etliche Jahre hernach und hinterliess alles, was sein Onkel ihm hinterlassen hatte, an Trinity College Cambridge, wo ich sie gesehen habe. Herrn Birchen habe ich mitgetheilt, was er hat drucken lassen.“ Haec igitur Miconis collatio in margine editionis Novi Testamenti, quod publicavit anno 1524. Argentorati Wolfius Cephalaeus, exhibita est, inde rursus a Carolo Godofr. Woide in editionem Oxoniensem anni 1675. transscripta est, qua de re modo relatam est; anno vero 1799., ex schedis Woidii litterarum orbi morte erepti, edidit Henricus Ford in Appendice ad editionem Novi Testamenti e cod. ms. Alexandrino. Qua in editione Fordiana etsi data est opera ut quicquid differret inter Oxon. editionem et Argentoratensem indicaretur, tamen haud pauca praetermissa sunt, indeque factum est ut nuper passim lectio codicis Vaticani per errorem ex Bentleii collatione notaretur. Hoc maxime cadit in Lachmannum, qui non modo supersedit negotio inspiciendi locis dubiis ipsam ed. Argent., sed etiam proprio Marte eo erravit quod aliquoties invito Woidio Cephalaei textum eumque vitiosum sine ulla coniecturae mentione Vaticano codici imputavit, ut Act 5, 17. ἀρχιερεὺς absque articulo, Eph 1, 3. omissum *εἰ*, 1 Thess 4, 12. καὶ omissum. Collato vero a nobis in hac adornanda editione ipso Wolfio Cephalaeo cum libro Oxoniensi non raro contigit ut Vaticanam lectionem restitueremus: id quod in commentario plerumque indicatum est. Quum vero Miconiana collatio eo maxime vitio laboraret, quod locis a correctore mutatis non id quod ipsa prima manu scriptum erat sed quod eius in locum corrector substituit indicatum habebat, Rich. Bentley nulli impensae pepercit ut repetita diligentia vitium illud compensaretur. Factum id esse dudum docuit liber cui titulus est: The Correspondence of Rich. Bentley, in quo vol. II. CCLX. pag. 706. hae inveniuntur litterae Baronis de Stosch ad Dr. Bentley: „Voyez les dernières feuilles de la Collation de l'Abbé Rulotta des interlineaires et marginales du Ms. Vatican du N. T. Je ne suis pas assez Grec pour juger s'il a bien ou mal exécuté votre commission; une chose je sçay de certain qu'il a travaillé avec beaucoup d'assiduité, sans que ni les chaleurs ni“... „Je lui ay promis 40 scudi de recompense, lesquelles je tirerai en lettre de charge sur le Chev.

Jean Lambert de Londres. Il n'a pas voulu moins "... Le même Abbé m'a dit, si vous voulez une autre collation entière, il la fera à 10 scudi de moins que vous avez payé" ... Hanc igitur collationem postquam diu conquesti sunt deperditam, quemadmodum S. P. Tregelles annis 1850. (Journ. of Sac. Lit.) 1854. (an account of the printed text) rursusque 1856. in libro suo: an introduction to the textual criticism pag. 162. scripsit: Unhappily we do not know what has become of the notes of this re-examination. At iam anno 1855. triduum facienti Cantabrigiae contigit mihi ut pretiosa illa folia in scriptis quae R. B. reliquit recognoscerem inque schedas meas transferrem. Quod quidem fieri non potuisset nisi habuissem opem atque officiosam erga me voluntatem viri egregii I. Edleston, bibliothecarii collegii S. Trinitatis.¹⁾ Est igitur Rulottana collatio ita comparata ut lectiones tantum contineat correctorem expertas. Refert etiam aliquot notas marginales, qualis est ad Mt 5, 19. *μίαν τῶν ἐντολῶν τούτ. τῶν ἐλαχίστων: Ἐλαχίστην καλεῖ τὴν οἰκίαν ἐντολὴν ὁ κύριος διὰ ταπεινώσειν Ἰου καὶ σὲ παιδεύσει μετριοφρονεῖν ἐν ταῖς διδασκαλίαις.* Multo vero pretiosior est lectionum notatio. In qua quidem quamvis magna sit adhibita diligentia, tamen non tanta ut nihil sit praetermissum, cuiusmodi est Mt 23, 23. *ἀρηκατε* prima manu pro *ἀρηκατε*, ut Birchius indicavit. Sed etiamnum collatio Rulottana magni pretii est propterea quod liber Angeli Maii

¹⁾ Tam feliciter inventum nuntiavi theologis Germanis in Deutsche Zeitschrift für christl. Wissenschaft etc. 1856. Nr. 2. atque etiam Tregellie indicavi litteris „sperans habiturum eum inde editionis suae Novi Testamenti subsidium.“ Retuli eadem occasione l. l. quantum favoris Oxonii Cantabrigiae Londini mihi ostensum sit his verbis: „Ich darf es hierbei, ohne den Verdacht der Ruhmredigkeit zu fürchten, den geehrten Lesern nicht verschweigen, dass die Cambridger Gelehrten, vor allen die Mitglieder des Trinity College, durch die ehrendste Aufnahme, die sie mir schenkten, unverkennbar die hohe Achtung bethätigten welche sie für den Ernst der deutschen Forschung und Wissenschaft hegen. War ich schon zu Oxford wie zu London durch die allseitige Förderung meiner Zwecke dankbar verpflichtet, so setzten mich die Auszeichnungen zu Cambridge wahrhaft in Verlegenheit. Das halte ich für eine herrliche Erscheinung der Zeit, dass ein getreues Streben im Dienste der Wissenschaft weit über die Grenzen des Vaterlandes hinaus die wärmste Theilnahme und Anerkennung findet.“

nulla re magis laborat quam, ut statim docebimus, neglectis primae manus lectionibus. Adiacent vero etiam foliis Rulotanis specimina collationis manu Thomae Bentley factae ad id ipsum ut inde Richardus avunculus discere posset quanta esset Miconianae collationi fides habenda. (cf Correspondence vol. II. p. 669 sq. „I send you the collation that you may see whether 'tis the same with Mico's. I opened at random, and fell upon the latter part of the Acts, so began the 27 th. ch. I collated it with Rob. Steph. ed. fol. MDL.“ Data est epistula Rom. Aug. 2. 1726.) Haud dubie ex illis speciminibus Rich. Bentl. intellexit opus esse iterata collatione, quae brevi post abbati Rulotiae demandata est. Complectitur autem Thomae collatio Act 27. Gal 6. Eph 4. ac vere complet locis aliquot collationes reliquas.

Quinquaginta fere annis post Richardi Bentley curas Andreas Birch doctus Daniae theologus, ut multas alias bibliothecas, ita etiam Vaticanam laborum Novi Testamenti criticorum causa adiit. Contulit ibi codicem s per Novum Testamentum totum exceptis Lucae et Iohannis evangeliiis (vide supra). Quo ille labore eo magis promeruit, quoniam Bentleyanarum collationum nihil dum promulgatum erat. Atque fit etiam ut Birchiana collatio suppleat Miconianam, qua quidem, si universam spectas, longe inferior est. Edita est autem, ut iam tetigimus, voll. tribus Variarum Lectionum, quorum primum ad act. et epp. anno 1793. prodiit, secundum ad apoc. 1800, tertium ad evv. 1801. Ultimo vero quae comprehenduntur volumine, ea iam anno 1788. in editione quattuor evangeliorum publici iuris fecerat, cuius quidem exemplaria plurima septem annis post gravi incendio Havniensi perierunt.

Trium quos recensuimus collatorum curas anno 1810. supplevit Leonh. Hug docta quam de antiquitate codicis Vat. scripsit commentatione. Obtigerat enim viro intellegendissimo ut Parisiis, quae urbs tum temporis gestiebat spoliis ex Italia allatis, codicem videret perscrutandique facultatem nancisceretur, thesaurum tantae antiquitatis ut — ipsius Hugii verbis utor — „exceptis voluminibus quae ruina Herculani ultra septemdecim saecula occultavit, libri pauci sint qui cum eo in certamen descendere possint,“ tantaeque etiam „famae ut, quasi in opulentissima et omni librorum genere instructissima bibliotheca solus esset, per excellentiam Vaticanus audiret.“

Pervenit ipsa quoque commentatio Hugii ad claritudinem, neque dubium est quin inde vera indoles ac praestantia libri unici rectius disci potuerit quam ex ullo alio libro. Urgebat autem Hugius praeter alia summae antiquitatis argumenta etiam illud quod in exordio epistolae ad Ephesios verbis *τοῖς ἀγίοις τοῖς οὐσίῳ* non in ipso textu sed tantum ad marginem „a prima quidem manu pari elegantia et assiduitate, charactere tamen paullo exiliori“ adscriptum esset *ἐν ἐφεσῶ*. Concluserit inde „librum Vaticanum in ea tempora reponendum, quae Basilium (de quo vide comm. nostrum ad Eph 1, 1.) nondum vidissent.“ Qua in re non tam conclusionem hanc quamvis audacem quam illud reprehendo, quod additamentum marginale ipsi primae manus adscripsit. Reprehendendi autem quo iure utar, statim dicam. Anno enim 1843. mihi ipsi per menses aliquot Romae versanti post longam expectationem contigit ut per biduum intra horas sex Vaticanum codicem in manibus tenerem. Quo beneficio ita usus sum ut, postquam universum librum attente percurrissem, locos dubiae inprimis lectionis conferrem viginti quinque et specimina scripturae quattuor conficerem. Sine mora retuli de examine meo litteris die S. Ioh. 18.3. Roma ad Davidem Schulzium missis atque d. 25. m. Iul. insertis ephemeridibus eccles. Darmst., post vero dissertationem: „Nachricht vom Vatikanischen Bibelcodex“ in Stud. et Crit. Heidelb. ineunte anno 1847. publicavi, in qua primum quaestio tractatur de antiquitate codicis, scripturae, accentuum spirituumque, interpunctionis, compendiorum scribendi, divisionum textus, subscriptionum aliarumque rerum, in quibus eminent verba *ἐν ἐφεσῶ*, ratione habita. Deinde lectiones proposui vel mea opera ex codice erutas (25)¹⁾ vel litteris Angeli Maii²⁾ ad me transmissas (34) vel in

¹⁾ In his sunt etiam ab ipso Maio non satis recte ex codice exscriptae, ut Act 7, 47. *οικοδομησιν* a prima manu, *ωκοδομησιν* ab altera (id quod etiam in altera Bentleyi indicatum est) et ibidem 7, 51. *ἀπρη-εμητος καρδιας*, quemadmodum etiam Birchius notaverat; Mico vero habet *καρδιαν* et Maius *της καρδιας*.

²⁾ Quum non raro fiat ut Angelus Maius inofficiosa invidiosa mala erga externos homines litteratos voluntate esse dicatur, licebit litterarum ipsius quae contrarium probant priora verba adponere. Roma 15. Feb. 1844. Molto piacere mi ha recato la di Lei lettera scrittami da Genova, che mi dimostra la costante sua benevolenza, e mi dà notizia

collatione Bartolocciana notatas. Adieci praeterea specimina scripturae mea manu Romae facta, adhibitis locis tribus quos instaurator, quod rarissimum est, novo atramento non induxit, et loco celeberrimo Eph 1, 1. Pauca ex dissertatione referre liceat. Pag. 4. est: „Was die Schriftzüge betrifft, so freue ich mich sehr durch die Veröffentlichung meiner Facsimiles eine richtige Ansicht, und zwar die erste richtige, gelehrten Augen davon gewähren zu können. Blanchini's Facsimile ist keineswegs sehr schlecht, aber es kann nur zur Veranschaulichung der von späterer Hand überzogenen und somit verunstalteten Schriftzüge dienen.¹⁾ Hug hatte mit richtigem Blicke zwei von den sehr wenigen Stellen ausgewählt, die, da sie aus Versehen doppelt geschrieben waren, vom Correkter gemissbilligt wurden und deshalb ohne Auffrischung blieben. Nur diese Stellen lassen die ursprüngliche Schrift des Codex beurtheilen. Allein wenige Buchstaben sind ohne eine wesentliche Entstellung in Hug's Facsimile wiedergegeben worden. So ist durchgängig falsch die paläographisch wichtige Form des α , ferner durften in den Buchstaben $\epsilon \sigma \tau \gamma$ die Endpunkte oder Endhäkchen nicht fehlen; auch ist die Form von $\rho \varphi$ und χ so gut wie verfehlt. Dies alles wird sich vollkommen aus einer Zusammenstellung meiner Nachzeichnungen von Röm. 4, 4. mit der Hug's von derselben Stelle ergeben. Ich habe nicht nöthig zu versichern, dass ich meines Theils auf jede Linie und jedes Häkchen sorgfältigst geachtet habe.

Im Allgemeinen ist nun der Schriftcharakter im vatikanischen Codex ohne Zweifel dem höchsten Alterthume zugehörig; mit einziger Ausuahme des Codex Frid. Aug. (vgl. meine Prolegg. dazu) übertrifft ihn an Alterthümlichkeit keine einzige der mir bekannten griechischen Pergamenthandschriften.

dell' erudito viaggio in oriente che va ad intraprendere. Certamente da' suoi rari talenti ed energia ci aspettiamo felici risultati per la letteratura e buone scoperte. — Mi sono subito dato premura di segnare nella di Lei schedola, che rimando, le lezioni del codice vaticano da Lei desiderate. —

¹⁾ Miror quod nec Malus aliud in opere suo magno scripturae specimen vulgavit quam totum et ubique crassioribus instauratoris ductibus deformatum.

Nur in Betreff der Worte *εν εφεσω* muss ich ganz gegen Hug's Ansicht stimmen. Wäre *εν εφεσω* von der ersten Hand selber auf dem Rande nachgetragen worden, so hätte Hug darauf mit Unrecht ein so grosses Gewicht bei der Altersbestimmung des Codex gelegt. — Allein Hugs Angabe, diese Worte seien *pari elegantia et assiduitate ac reliqua pars operis, sed caractere paulo exiliori* geschrieben, muss ich entschieden in Abrede stellen. Augen, die der Paläographie kundig sind, werden von selber dieses Resultat aus meinem Facsimile gewinnen. Ich füge aber dazu noch folgende Erläuterung. Der ganze Charakter dieser Buchstaben ist ein wesentlich anderer als der der Textschrift. In der Form des ϵ ist die sogenannte geschmälerte Unzialschrift unverkennbar; aber auch bei der kleinsten Schrift am Ende einer Zeile findet sich in den ältesten Handschriften niemals diese der späteren Zeit angehörige Schmälerei. (Vgl. darüber meinen „neuen Beitrag zur Neutest. Textkritik“, Stud. u. Krit. 1844. 2.) Selbst auf den Codex Ephraemi und den Codex Alexandrinus leidet dies seine volle Anwendung. Aber die zahlreichsten Belege bietet der Codex Frid. Aug.; sie liegen in meiner durchgängig facsimilirten Ausgabe desselben Jedermann vor Augen. Was ferner die übrigen Buchstaben ausser ϵ anlangt, so enthalten sie sämmtlich sichtliche Abweichungen von der Schrift des Textes.“ — „Auch liegt ein Analogon von den Schriftzügen dieser Note im Codex vor. Act. 14, 21. nämlich schrieb die erste Hand *μαθητευσᾶ*, die spätere corrigirte daraus *μαθητευσαυτες*. Hier treffen in dem spätern Zusatze: *ντες* besonders die Buchstaben ϵ und σ vollkommen mit denselben Buchstaben in *εν εφεσω* zusammen. Dazu kommt endlich noch, was von Gewicht ist, dass die Tinte der Note gänzlich mit der aufgefrischten Stelle übereinstimmt, obschon sie offenbar ohne Auffrischung geblieben ist.“

Nimirum haec eo curiosius tractare placuit quo maiorem is locus auctoritatem habet. Qua de re vide commentarium nostrum.

Brevi post me S. P. Tregelles Romam adiit ibique dum codicem Vaticanum per breve temporis spatium inspiciebat, recte animadvertit Rom 5, 1. a prima manu legi *εχωμεν*, ab altera *εχομεν*, item Rom 8, 11. *δια το ενοικουν αυτου πνευμα*

scriptum esse, non *δία του* etc. Cf. Prospectus of a critic edition etc 1848. p. 19.

Cum vero anno 1855. ad novam hanc Novi Testamenti editionem accedebam, omni ope atque opera nixus sum ut de dubiis Vaticani codicis lectionibus certior fierem. Ac satisfecit desiderio meo, praeter virum clarissimum Emil. Braun, litterarum orbi nuper ereptum, inprimis vir clarissimus meique studiosissimus Albertus Dressel. Misit enim ad me lectionum Vaticanarum indices tres, quarum 180 ad quattuor evangeliorum locos, 50 ad actus et epistulas pertinebant.

Denique hoc ipso anno circa festum paschale editio codicis prodiiit quam dudum susceperat vir eminentissimus Angelus Maius. Quae ut melius cognoscatur, primum adponere placet nonnihil ex iis quae vir S. Rev. Carolus Vercellone, sodalis Barnabites, qui defuncto mense Sept. a. 1854. ipso A. Maio editoris partes sustinuit, Romae IV. Kal. Jul. a. 1857. praefatus est. Postquam ibi brevi expositum est de principatu quem Vaticanus liber inter omnes libros scriptos tenere videretur, et de desiderio parandae editionis quo orbis eruditus teneretur, Angelus Maius „quem nihil quod ad litterarum incrementum facere videretur fugiebat“, „ab anno 1828. Biblia Graeca ad fidem codicis Vaticani typis committere statuisse“ dicitur, „ut tandem aliquando studiosorum hominum votis satis faceret, calumniarum occasionem dispelleret, atque pretiosum in primis monumentum ab interitus discrimine vindicaret.“ Tum refertur, Maium „lacunas codicis censuisse ope aliorum codicum esse explendas, ut perfectam absolutamque utriusque Testamenti editionem e romanis praeclaris probatisque codicibus depromptam ipse exhiberet.“ Ita, ut Veteris Testamenti libros praetereamus, epistularum Pauli numerum dicitur „explevisse e codice vaticano num. 1761.“, item apocalypsin „ex vetusto cod. vat. num. 2066. olim Bas. 105.“) Praeter quas lacunas etiam „alterius generis defectus sollicitum anxiumque editorem habuisse“ dicuntur. „Quaedam enim fuerunt ab ipso amanuensi vel data opera vel imprudenter omissa, quae in suis Bibliis cl. Maius non est passus

*) Hoc loco quod additur: „quem Scholzius iampridem expenderat“, error est. Scholzius enim nihil inde attulit. Cf. nostram eiusdem codicis editionem in Monumentis sacris ineditis a. 1846.

desiderari; hac tamen lege ut perpetuo adiectis notulis lectorum religiose, uti par erat, tum de codicis lacuna tum de adposito supplemento edocuerit. In his editor supplevit... Mc 16, 9—20. ex cod. vat. palat. num. 220. alias collato a Birchio et Scholzio; Act 28, 29. e cod. vat. 1761. Alia non pauca paene minoris momenti loca, quae ab eximio vat. cod. aberant, ex vulgatis edd. in suam recepit Maius, uti videre est... Mt 12, 47. Mc 15, 28. Lc 22, 43. 44. 23, 17. 34. Ioh 5, 3. 4. 7, 53—8, 12. 1 Pe 5, 3. 1 Ioh 5, 7. „Neque praetereundum ducimus cl. editorem de nostri codicis lacunis in N. T. occurrentibus, licet iamdiu notissimis vel in prolegg. vel in subiiciendis adnotationibus disputare voluisse.“ Interea vero „aliis gravissimis occupationibus distentus vix furtivis horis editioni Bibliorum operam navasse“ dicitur, ita quidem ut editio demum circa annum 1838. fuerit expleta. Iam pergitur: „Verum perfecta demum impressione quinque voluminum, quibus integra Biblia exhibentur, cl. editor eadem sedulo revolvens sibi facile suavit suam editionem nisi curiosius naviterque castigaretur, criticis studiis haud maxime profuturam; utpote quae non satis accurata evasisset. Optime enim norat doctissimus vir haec studia in tanto disciplinarum ascensu summam requirere diligentiam omnemque sollertiam exposcere, quam tum ipse praestare nequiverat, tum saepius eius typhothetae neglexerant.“ Postea pleraque editionis vitia inde explicantur quod Maius „codicem Vaticanum editurus nil aliud typhothetae praeter nitidum textus Sixtini exemplum tradidit, quod in typis componendis imitarentur. Mox vero ipse prae manibus habens Vaticanum codicem singulasque paginulas ab officinatore librario ad experimentum compositas sibi oblatas relegens, ea omnia adnotabat quae ab ipso codice abludere comperiebat“ etc. Quam rationem cl. Vercellone iure „singularem ac prope incredibilem“ dicit. Emendandi vero vitia modus triplex editori placuit. „Nam I. censuit quaedam operarum *σφάλματα* facile corrigi posse ab ipsis librariis, qui aut abradendo redundantes litteras aut manu eas quae deerant subnectendo, editionem ad germanum codicis exemplum revocare possent.“ Addit ad haec Car. Verc. „Verba hoc pacto castigata nobis visum singulari indiculo adnotare, ut si forte aliena manu aliae correctiones in quodquam huius editionis exemplum inducerentur prudens lector secer-

nere valeat ea quae ipso iubente Maio mutata sunt.“ „II. Quaedam folia quae graviori aliquo typhotetarum vitio maculata videbantur nec ita commode emendanda, Maius ex integro recudenda esse decrevit.“ Cui decreto demum post excessum ipsius Maii satis factum est. Novi autem Testamenti folia iterum prelo subiecta sunt sex. „III. Plura denique superant loca in quibus editio, tametsi leviter, a codice discrepare vel certe codicem ipsum minus perfecte reddere videbatur. Alias enim vel in litteris vel in accentibus aliisque notis διακριτικαῖς, quod numquam omnimode caveri licet, oberraverant typographi; alias ipsemet editor adnotare neglexerat quidquid in codice a prima vel a secunda manu confictum aut retractatum; alias demum, etsi ipsam codicis palaeographiam curiosius servandam existimasset, plura tamen quae ad singularem codicis orthographiam pertinent, quaeque universim in suis prolegg. declaranda statuerat vel invitus praetermisit.“ Ad hanc vitiorum classem cl. Vercellone haec adnotavit: Nos igitur tum editoris mentem assecuturos tum critices studiosis pergratum facturos esse existimavimus, si selectiora saltem quae nobis corrigenda occurrerint impense adnotaremus. Reliqua vero quae supererunt eruditis castiganda permittimus; imo ut summa ἀκριβείᾳ castigentur optamus; modo quam bonam fidem perpetuo exhibuit servavitque cl. editor, eam nec nobis denegandam quis arbitretur.“ Sectione VIII. de scribendis prolegomenis disseritur. Ibi est inter alia: „De his plus semel Maius, praesertim postremo vitae suae anno, cum amicis verba fecerat.“ Tamen ille non reliquit nisi „praefatiunculam quam postremis vitae temporibus exaraverat.“ Sectione IX. Carolus Vercellone monet editionis perficiendae curam demandatam sibi fuisse postridie Non. Maii a. 1857. Sectione X. exponit cur nec ipse suppleverit editionem addendis Prolegomenis. Ibi est inter alia: „Nam ipsemet Maius in suis schedis testatur Hugium et Tischendorffium fere omnia in hac palaestra praeoccupasse: et sane in horum scriptis multa industria et diligentia comparet, multa doctrina.“ Inprimis vero alter editor id egit „ut post tantas cunctationes ne diutius remoraretur editio.“ Nec vero properando opere id sibi consilii fuisse testatur, „ut ceterorum alacritatem moraretur, sed imo potius ut reliquis

paratior sit via, qua feliciter incedant accuratiusque opus perficiant.“

Quibus omnibus expositis vix opus est ut accuratius describamus quid nobis de editione Maiana videatur. Procul eam esse a perfectiore forma, quam viri docti et criticarum rationum amantes tali in opere vel maxime requirunt, quum ipse celeberrimus editor satis sensisse videtur, tum ingenue professus est praefationis auctor. Non raro quidem quae minus curate in Maii opere edita sunt variis collationibus, maxima Benteleianis, quas Maius si non ignoravit certe plane neglexit — tabula vero ad calcem adiecta plura vitia collationis Birchianae corriguntur — supplentur, tamen etiamnum supersunt de quibus dubites. Inprimis male habet quod lectiones a correctore tractatae non summa cum accurate exploratione sunt; saepissime enim Maius non dedit nisi correctorem. Praeterea universa editionis ratio longissime discedit a ratione Monumentorum nostrorum sacrorum vel codicis Alexandrini vel aliorum codicum in usus criticos editorum. Refert enim tum litteris tum accentibus reliquisque signis tum interpunctione tum singularum partium distinctione vulgaris librorum sacrorum editionis speciem. Neque facsimile quod dicunt laudari potest, propterea quod nihil non a correctore crassioribus ductibus restauratum praebet. Nihilominus omnium collationum supplementa praebet plurima, nec exiguum nostri apparatus existit subsidium. Hinc quae praesto sunt in praesentia grato animo boni consulentes, librum quam celerrime Lipsiam accitum non modo per Iohannis evangelium et per totum alterum volumen inde ab act. 27, 39. omni cum cura ad apparatus adhibuimus, sed etiam quae inde ad priora tria evangelia et ad actorum textum ante 27, 39. lectionum subsidia peti possunt, in appendice Prolegomenorum supplenda curavimus*).

††C codex Ephraemi Syri rescriptus in bibl. olim Reg. nunc Imp. Paris. Nr. 9. Fragmenta evangeliorum continet haec: Matth. 1, 1. — 5, 15. και τους αδελφους αυτου — ουδε καιουσι

*) Ceterum in apparatu nostro, quo teste uteremur in excitanda lectione Vaticana, non adscribendum iudicavimus nisi ubi singularis suadebat causa. Reliquis locis omnibus, adhibitis tot adminiculis, religiose provisum est ut verum daretur.

λυ 7, 5. — 17, 26. δοκον και — αρα 18, 28. — 22, 20. μοι ει —
 επιγραφη 23, 17. — 24, 10. η ο ραος — αλληλους 24, 45. —
 25, 30. εαυτου — εκβαλεται 26, 22. — 27, 11. εις εκαστος — ιου-
 δαιων 27, 47. — 28, 14. τινες — ποιησομεν. Marcii 1, 17. —
 6, 31. υμας — ηνκαιρουν 8, 5. — 12, 29. πον επτα — ει(ς) εστιν
 13, 19. γαρ αι — finem. Lucae 1, 1. — 2, 5. και υπηρεται —
 εμνηστευμενη 2, 42. — 3, 21. λυμα κατα — λαον 4, 25. — 6, 4.
 επι — εδωκεν 6, 37. — 7, 16. και μη — λα. αυτον 8, 28. — 12,
 3. νη μεγαλη — δωματων 19, 42. — 20, 27. σου οτι — αυτον 21,
 21. — 22, 19. τοτε οι — εις την 23, 25. — 24, 7. εις την — αν-
 θρωπου 24, 46. και ειπεν — finem. Iohannis 1, 1. — 41. δε
 εν ο — ιωαννου 3, 38. — 5. 16. την μαρτυριαν — εν σαββατω
 6, 38. — 7, 3. ω το θελημα — ινα και 8, 34. — 9, 11. πας ο —
 και ειπεν 11, 8. — 46. γουσιν αυτω — εποισ. ιησους 13, 8. —
 14, 7. λεγει αυτω — εωρακατε 16, 21. — 18, 36. οτι εγενηθη —
 κοσμου του 20, 26. και μεθ — finem. Praeterea monendum
 est quovis ineunte libro tres versus quippe minio scriptos tan-
 topere evanuisse ut vix litterarum reliquiae erui possent, in
 textu vero continuo raros esse locos quibus vel membrana
 scissa vel litteris antiquissimis nimia correctorum iniuria af-
 fectis de lectione fuerit desperandum. Codex iste Alexan-
 drino proximus est quum litterarum uncialium genere tum
 reliquis omnibus quae ad cod. Alex. antiquitatis probandae
 caussa adnotavimus, nisi quod levioribus praetermissis exci-
 pienda sunt haec: codex C Ammonii tantum sectiones abs-
 que numeris Eusebianis adscriptas habet, capitula vero maio-
 ra, quorum indices evangelii praepositi sunt, per singulas
 paginas non repetantur. Excellit etiam maiore interpunctio-
 nis raritate, etiamsi pro natura librorum palimpsestorum non
 ubique a nobis satis perspecta sit, item, quod grave est, ma-
 iore subscriptionum simplicitate. Sunt haec eiusmodi ut,
 quemadmodum iam Hugio visum est, codex C codicem A ae-
 tate paullulum antecedere existimandus sit. Ac mihi quidem
 ante medium saeculum quintum (in Aegypto) videtur scriptus
 esse. Deinde uno fere saeculo post (in Palaestina?) primum
 correctus (c**), secundum vero correctus unaque ad usum
 ecclesiasticum instructus (Constantinopoli) saeculo fere nono
 (c***). Denique saeculo XII. scripturis antiquis spongia de-
 letis superscripti sunt tractatus 38 Ephraemi Syri Graece
 versi. Post interitum regni Graeci a Lascari Rhyndacemo

translatus una cum aliis eod. Florentiam, ex libris Catharinae de Medicis in bibliothecam Reg. nunc Imp. Paris. commigravit. Ibi scriptura biblica veteri a Petro Allixio saeculo exeunte XVII. primum detecta magno cum studio in lectionibus codicis cum textu Elzev. conferendis versatus est Wetstenius juvenis circa annum 1716. Post quem duorum locorum lectionem invenit Griesbachius, nihil prorsus Scholzius, paucaeque erroribus plena Fleckius. Roganti vero Fleckio obtemperavit vir de bonis promovendis litteris merentissimus Carolus Hase, bibl. Imp. libr. mss. conservator, curavitque annis 1834 et 1835. ut Giobertina quam vocant tinctura chemica ab homine eius artis perito singulis codicis foliis infunderetur. Qua re ut foliorum scissuris foraminibusque deformium permulta ad maiorem scripturae claritatem revocata sunt, ita haud pauca colorem tam fuscum et subnigrum induerunt ut legendi difficultas remanserit maxima. Unde factum est ut Fleckius de totius paginae 87. versibus 41 quos edidi nihil nisi duo versus erui posse affirmaret erraretque in notandis aliis gravissime, ut in nota vocum octo et viginti octies. Cf. cod. Ephr. Prolegg. p. 37 sqq. Totum codicem, in quo eruendo annis 1840—1842. Parisiis indefessa posui studia, irritum reddens Capperonieri aetate Griesbachii bibliothecae praefecti celebre dictum, neminem mortalium scripturam prorsus evanidam legere posse, accuratissime edidi Lipsiae 1843. cum prolegomenis uberrimis et appendice, in qua de locis fere mille et quingentis correctores expertis explicatur, insuper addita tabula ad similitudinem scriptorum et rescriptorum efficta diligentissime. Maximam quidem eo in labore difficultatem habebant tot loci vel semel vel bis correcti, de quibus plerisque Wetstenius prorsus erraverat.¹⁾

¹⁾ Ceterum nihil est quod magis doleam, quam quod in corrigendis editionis (prodiit a. 1843.) plagulis me absente nec unquam propter festinationem typographi consulto multo plura errata sunt quam in tali opere, cui ipse praeparando summam diligentiam impenderam tolerabile est. Aliquoties etiam nocuit is cuius opera Parisiis usus eram ad describendam partem foliorum mea manu ex ipso codice descriptorum, quae propter retractationes et emendationes non satis apta ad usum typographi videbantur. Ex longis itineribus redux anno 1845. statim in altero codicis Ephraemi volumine, quo Veteris Testamenti fragmenta continentur, vitiorum eiusmodi indiculum ad-

† D codex Bezae Cantabrigiensis. De eo Beza, qui academiae Cantabrigiensi anno 1581. Geneva dono misit, sic: „Est hoc exemplar venerandae vetustatis ex Graecia, ut apparet ex barbaris Graecis quibusdam ad marginem adscriptis, olim exportatum et in S. Irenaei monasterio Lugduni ita ut hic cer- nitur mutilatum, postquam ibi in pulvere diu jacuisset, reper- tum oriente ibi civili bello anno domini 1562.“ In quibus quo iure in monasterio Lugdunensi codicem repertum dicat; quod idem alibi repetiit, ut in litteris academiae Cantabrigiensi missis, satis dubium est. Uberius ea de re exposuit Wetste- nius, post eum Semlerus et alii. Iudicavit Wetstenius pro Lugdunensi potius Claromontanum appellandum fuisse, ut- pote qui ex Claro monte antiquissima episcopi ad Arvernates sede prodisset. Cuius opinionis praecipuam causam habuit quod teste Mariano Victorio in notis ad Hieronymum Guilielm. de Prato episcopus Claromontanus „antiquissimum codicem Graecum“ Tridentum attulerat indeque ad confirmandam La- tinam lectionem Ioh. 21, 22. protulerat Graeca: *εαν αυτον θελω μπειν ουτως εως ερχομαι*: quae lectio quum ex nullo alio codice Graeco nisi ex Cantabrigiensi innotuerit, ipsum hunc epi- scopus Claromontanus attulisse visus est. Huc accedit quod in usum editionis quam anno 1550. Rob. Stephanus publicavit, idem codex, qua de re non dubitari potest, collatus est in Italia ab editoris amicis (*υπό των ημετέρων αντιβληθέντων*), signatus in ipsa editione littera β. Videntur itaque qui in turbis belli civilis thesaurum istum ad Bezam pertule- runt, unde ipsi nacti essent non satis recte retulisse. Certum hoc est, Bezam de sacris litteris egregie promeruisse quod tam rarum ac grave textus sacri monumentum dignissimis custodibus tradiderit. Textum evangeliorum (una cum actis

dendum curavi. Sed supervenerunt alia nonnulla. Non sunt quidem fere nisi quae ex vitio fluxisse appareat, etsi utrum librarii sint an typographi passim dubitare possis. Haec et si quae id genus alia in similibus operibus meis, item in editionibus codicum reliquorum, ut Alexandrini ut Cantabrigiensis ut Boerneriani, inventa erunt, in accuratum indicem redigam et ultimo volumini Monumentorum sacror. ined. inserenda curabo. Nunc certe in apparatu nostro nihil tale pro lectione codicis venditatum, quamquam nec ipsius librarii inepta vitia pleraque, nisi singulari causa suadente, ad referendum idonea censebam.

apostolorum et brevi epistulae III. Iohannis fragmento Latino Graecum et Latinum stichometricè scriptum continet, mutilam Matth. 1, 1. — 20. *Βιβλος — παραλαβειν* 6, 20. — 9, 2. *οπου — βεβλημενον* 27, 2. — 12. *και δησαντες — πρισβυτερων* Io. 1, 16. — 3, 26. *ελαβομεν — ειπον αυτω*. Suppleta sunt post X. fere saeculum (D*** s. D***) Matth. 3, 7. — 16. *απο της — του θεου* (Latine 2, 20. — 3, 8. suppleta IX. fere saec.) Marc. 16, 15. *παση τη — finem* (Latine 16, 6. usq. finem suppleta IX. fere saec.) Io. 18, 13. — 20, 13. *εν δε καιρας — τι κλειεις* (Latine 18, 2. — 20, 1. suppleta, ut antea). Codicis textum quod attinet, proprium suum inter omnes Novi Testamenti codices locum tenet. A Latinis quidem quantopere pependerit, formae *λεπρωσου* (leprosi) *δανηλου* (danielis) *πειρους* (petrus) *σαμαριτανων*, *γλεγγελλωσας* similesque aliae satis probant. Nihilominus maximo numero habendus est, cuius rei luculentissimum argumentum insignis cum Vaticano codice consensus est. Usu Alexandrinarum formarum passim superat reliquos omnes. Textum actuum apostolorum multis additamentis auctum habet, quorum non pauca cum notis conveniunt in margine Syrae Heracleensis inventis, ita ut ex Wetstenii sententia ipse codex in manibus fuisse credendus sit Thomae Heracleensis, Syram versionem cum Graecis exemplaribus Alexandriae conferentis. Ceterum scriptum existimo circa med. saec. VI., quod dubito an idoneis argumentis refutari possit. Supplementa vero quae indicavimus, inprimis quae pertinent ad tria evangelii Iohannis capita, textu Graeco praestant tali quem ex ipsis antiquissimis foliis deperditis fluxisse probabile sit. Splendide edidit Kipling Cantabr. 1793. fol. voll. II. Tamen loci plures sunt ubi de perfecta editoris fide dubitaverim, quemadmodum etiam Wetstenii notationes aliquoties ita a Kiplingio differunt ut vix ex errore esse videantur. Singula notavi ut ipse, ubi primum licuerit, in codice recognoscerem.

††E codex Basileensis K IV. 35. (antea citatus B VI. 21.) Circa † medium saeculum XVI. ex manibus Iohannis de Ragusio, auctoritate concilii Basileensis ad Graecos legati, in coenobium Praedicatorum Basileense ex eoque in bibliothecam publicam Basileensem pervenit. Evangelia habet integra exceptis Luc. 3, 4. — 15. *ησαιου — περι* 24, 47. *και αφεισιν* usque finem. Praeterea tria folia, quorum antiquiorem quandam scripturam delevit spongia, minutis litteris suppleta

sunt: Luc. 1, 69. — 2, 4. *ἡμιν ἐν τῷ — εἶναι αὐτὸν* 12, 58. — 13, 12. *εἰς φυλακὴν — προσεφω-* 15, 5. — 20. *-λως εἰς — κατε-φιλ. αὐτοῦ.* Deletae scripturae, saeculi fere eiuadem quo totus codex scriptus est, a clar. Muellero Prof. Basil. magnam partem erutae specimina haec sunt: *ἀναπαύσω ὑμᾶς ἐν τρυφῇ αἰωνία διδούς ὑμῖν ἀφ᾽ εἰς ἀμαρτιῶν ὑμῶν· καὶ γινέσθε μοι τῆς ἐμῆς βασιλείας· καὶ συναπαύσω ὑμᾶς τοῖς ἐκλεκτοῖς μου — ὡς καὶ αὐτοὶ αὐτοχειρῆς λοιπὸν.. ἐστρέφον τὰ εἰδῶλα συντριβόντες εἰς τὴν γῆν πάντα τὰ βδελυγμάτα· καὶ οὐοὺ ἀν ἠρῖσκον ἀγάλμα ἠδρῦμενον· λίθοις κατακ.. νόντες ἕς βορβορὸν ἐρίπτον· εἰς αἰσχρὴν ἐσχαιτὴν καὶ εἰς γέλῳτα πολὺν τῶν σεβόμενων αὐτὰ· καὶ προσκυνούντων αὐτὰ· λεγόντες τοῖς ἀνομοῖς ἀρχουσί καὶ τυραννοῖς· ἰδοὺ τὰ σεβασμάτα ὑμῶν· τῶν αἰσθητῶν τὰ κῶφα καὶ ἀσθητῆ· τυφλά καὶ ἀκίνητα· οἷς ὑμεῖς λατρεύετε· ἀλαλοῖς οἱ λογικοῖ· οὗς θεὸς ἐτίμησεν κατ εἰκὼνα ἰδιᾶν· ἰν ἐπιγινώσκατε τὴν αὐτοῦ δύναστικῶν.* Scriptus videtur codex saeculo octavo medio. De rationibus eius palaeographicis uberius disserui, ratione potissimum Rinckii et Hugii habita, in Stud. et Crit. Heidelb. a. 1844. Vide Neuer Beitrag zur Neutestamentl. Textkritik, namentlich zu der dieselbe betreffenden Palaeographie. Inter codices nostros unciales secundi ordinis praecipuum locum tenet, nec indignus erit qui totus edatur. Gratae erunt etiam notae eius frequentissimae ad usum ecclesiasticum pertinentes. Totum codicem ineunte anno 1843. contuli, favente cum b. De Wettio illustri bibliothecario Gerlachio. Collata mea cum ecclesiasticis notis omnibus Muellerus cl. recognovit; post etiam Lipsiae percurrit cl. Tregelles. E†† est corr. min. litt. usus; sed supplementa simplici E notata. †

†F codex Boreeli, nunc Rheno-Traiectinus. Postquam a Wetstenio usque ad nuperos Novi Testamenti editores repetitum est: „Ubi codex iste nunc lateat rescire nondum potui,“ Iod. Heringa, clarus dum vivebat in acad. Rheno-Trai. Prof., reperit latentem Arnhemiae in J. M. Roukensis bibliotheca, ex qua ante viginti fere annos in bibliothecam publicam Rheno-Traiectinam pervenit. Continet evangelia, sed folia permulta periere. Incipit nunc Matth. 9, 1; sed 7, 6. — 8, 34. Wetstenii tempore nondum avulsa erant; exit Io. 13, 34. Desunt praeterea, quorum plura Wetstenii tempore nondum desiderabantur: Matthaei 12, 1 — 44. 13, 55. — 14, 9. 15, 20 — 31. 20, 18 — 21, 5. Marci 1, 43 — 2, 8. 2, 23 — 3, 5. 11, 6 — 26.

14, 54. — 15, 5, 15, 39. — 16, 19. Per evang. Lucae lacunae plurium versuum sunt XXIV. Iohannis 3, 5. — 14, 4, 23. — 33, 5, 18. — 33, 6, 39. — 63, 7, 28. — 8, 10, 10, 32. — 11, 3, 11, 40. — 12, 3, 12, 14. — 25. Lectiones huius codicis variantes a Matth. 7, 6. usque Luc. 11. Wetstenius a viro docto sibi communicatas suis inseruit commentariis. Anno vero 1843. H. E. Vinke egregie de re Ni Ti critica eo promeruit quod curiose edidit Iodoci Heringa disputationem de codice Boreliano, docte institutam et ad criticorum usum ita comparatam ut editionis ipsius codicis locum teneat. Raro de aliqua re dubius haerebam. Aestate anni 1841. academiam celebrem Rheno-Traiectinam ipse eo consilio adii ut eodice accurrate conferrem. Cuius rei quum mihi propterea non fieri posset copia, quod libellus beati Heringa iam destinatus esset typis, satis habui ipsum codicem perlustrare. Adhibita vero collatione manu Iodoci Heringa scripta facile intellexi nova collatione me supersedere posse. Ad haec respiciens editor disputationis in praefatione sua significavit, dum suo ipsius desiderio satisfaceret, etiam operam se dedisse ut nominatim Schulzii et Tischendorfi satisfaceret desideriis. Apud Wetst. si quid notatum reperi cuius notandi non amplius facultas erat Iodoco Heringa, pro F signum F^w i. e. F Wetstenii in apparatu posui. Adscribendus est saeculo p. Chr. nono.

††F^a codex Coislinianus Parisiensis. Est is quem Wetstenius actorum ꝛ fecit. Invenerat enim in scholiis codicis Coislin. 1., qui Octateuchum cum Regum libris continet, Act. 9, 24. 25. Quae scholia denno perlustranti mihi anno 1842. evangeliorum et actorum et epistularum loci viginti reperti sunt. Hos edidi et illustravi in Monumentis sacris ineditis Lips. 1846. p. 400 sqq. Prol. § 7. tab. III. nr. 8. Scripta sunt fragmenta ista saeculo fere ineunte septimo. Ex evv. haec sunt: Matth. 5, 48; 12, 48; 27, 25. Lucae 1, 42; 2, 24; 23, 21. Iohannis 5, 35; 6, 53. 55. Reliqua vide infra.

††G codex Andr. Seidelii qui cum codice ꝛ ex oriente attulit, † post a La Crozio emptus et Chstphoro Wolfio dono datus, qui teste Wetstenio in Angliam transmisit Richardo Bentleio (? vide infra), nunc Harlejanus 5684. Musei Britannici. IV evangelia continet, locis multis mutilis. Incipit Matth. 6, 6. τῶ πατρὶ σου. Praeterea desunt Matth. 7, 25. — 8, 9, 8, 23. — 9, 2, 28, 18. — Marc. 1, 13. (sed 28, 18. usque Mc. 1, 8. sup-

pleta sunt litteris minusculis.) 14, 19. — 25. Luc. 1, 1. — 13. 5, 4. — 7, 3. 8, 46. — 9, 5. 12, 27. — 51. (haec litteris minutis supplevit manus recentior, sed non eadem quae Mt. 28, 18 sqq. addidit.) 24, 41. — finem. Ioh. 18, 5. — 19. (suppleta eadem manu qua Mt. 28, 18 sqq.) 19, 4. — 27. Praeterea textum dimidii fere folii continet fragmentum in libris Richardi Bentleii inventum cum iisque in bibliothecam collegii S. Trin. Cantabr. translatum. Incipit prior pagina *ὁφθαλμός σου-ξίος σκανδαλίζ-ἐξέλε αὐτὸν· κ-βάλε ἀπὸ σοῦ. συμ* (haec quattuor versus efficiunt), exit: *Ἐρρήθη δὲ· ὅτι ὁσ ἂν ἀπολύση τὴν γυναικα αὐτοῦ·* (sunt 3 vv.), i. e. Mt. 5, 29—31. item altera incipit *τις σὲ ραπίσει· ἢ τὴν δεξιαν σου-αγόνα· στρέψον* (3 vv.) exit *πήσεις· τὸν πλησίον σου· καὶ μῖσησεις τὸν ἑχθρὸν σου·* (3 vv.) i. e. Mt 5, 39—43. Videtur hoc fragmentum ipsius codicis ut specimen a Wolfio missum esse ad Bentleium*). Collationem codicis cum editis instituit J. Chstphor. Wolf in Anecdotis Gr. III. p. 48 sqq. Hamburgi 1723. Secutus est Wolfium Wetstenius; perpauca supplevit Griesbachius. Accurate vero fragmenta ista omnia cum ed. mea 1841. contuli Londini aestate anni 1842; rursusque ea quae aliter se legisse cl. Tregelles mihi retulerat, recognovi 1855. Saec. est noni vel decimi. G*,* s. G*** sunt supplementa, Gms eccles notae eccles. in mg.

††H codex Seidelii, post La Crozii et Wolfi, nunc Hamburgensis bibliothecae publicae. Textum 4 evangeliorum continet, sed multis locis mutilum. Incipit Matth. 15, 30. *παρα τοὺς ποδας αὐτου.* Rursus deficit 25, 33. — 26, 3. Marc. 1, 32. — 2, 4. 15, 44. — 16, 14. (usque *αὐτων και*) Luc. 5, 18. — 32. 6, 8. — 22. 10, 2. — 19. Ioh. 9, 30. — 10, 25. 18, 2. — 18. 20, 12. — 25. Praeterea fragmentum codicis, simile fragmento codicis G, de quo modo expositum est, exstat in schedis Richardi Bentleii, continens Lc 1, 3—6. *θεόφιλε· ἵνα ἐπιγνώσῃς π-θης λόγων τὴν ἀσφάλειαν[ν] usque πορευόμενοι ἐν πᾶσαις ταῖ[σ],* item *αὐτον ο ἀγγελος·* (accentus periere) *μὴ φοβοῦ· ὅτι εἰσηκούσθη ἡ δέησίς σου· usque ν καὶ σίκερα οὐ μὴ πλεῖ· καὶ-λησθήσεται ἔτι· ἐκ κοιλίας* Lc 1, 13—15. Notabile est hunc codicem cum Ammonii sectionibus non una adscriptos habere canones Eusebii.

*) Transscripsi et hoc et fragmentum codicis H nuper Cantabrigiae, sed hoc quidem ad ipsum locum Matthaei tum iam typis exscriptum non conferre poteram. Propterea adhibui infra ad supplementa.

Pertractavit codicem una cum cod. G Christophor. Wolfius in *Anecdotorum suorum* tomo III. l. 1. Post Wolfium primus attigit cl. Prof. et bibliothecarius Petersen in ea quam edidit *historia bibliothecae urbis Hamburgensis* Hamb. 1838. Cf. pag. 225 usque 229. Anno vero 1850. totam codicem accurate contulit S. P. Tregelles, qui Hamburgo Lipsiam reversus exemplar, in quo lectiones notaverat, mecum communicavit. Inde quae excerpseram adhibitis rursus ipse multas codicis partes contuli anno 1854. Saeculi videtur exeuntis noni vel decimi ineuntis.

††I codex bibliothecae Imp. Petropolitanae, ad quam nuper transit ex collectionibus meis. Detexi enim fragmenta quibus constat in pulvere bibliothecae orientalis, quum anno 1853. Aegyptum cum terris quae adiacent secundum perlustrabam. Folia sunt 28 i. e. 20 simplicis et 8 duplicis sive maioris formae; sunt enim omnia eum in modum rescripta, ut Georgiana, quae Graecis deletis superimposita sunt, minorem Graecis et quidem fere dimidiam formam habeant. Accurato singulorum examine facto intellexi septem antiquissimorum codicum reliquias his foliis contineri. Ad primum pertinent Ioh. 11, 50 — 12, 9. 15, 12 — 16, 2. 19, 11—24. Ad alterum 1 Cor. 15, 53 — 16, 9. Tit. 1, 1—13. Act. 28, 8—17. Ad tertium Mt. 14, 13—16. 19—23. 24, 37 — 25, 1. 25, 32—45. 26, 31—45. Mc. 9, 14—22. 14, 58—70. Ad quartum Mt 17, 22 — 18, 3. 18, 11—19. 19, 5—14. Luc. 18, 14—25. Ioh. 4, 52 — 5, 8. 20, 17—26. Ad quintum Act. 2, 6—17. 26, 7—18. Ad sextum Act. 13, 39—46. Ad septimum Luc. 7, 39—49. 24, 10—19. Ex his quae codicis primi, quae secundi, quae tertii esse diximus, aetate vix differunt, quamquam primi quae sunt scripturam a reliquis eo diversam praebent quod rarissime initiales litteras habent easque ceterarum magnitudinem minimo momento antecedentes. Sunt autem omnia tria ita comparata ut nec aetate nec textus praestantia cedere videantur codicibus C et A. Adscribenda igitur sunt saeculo quinto. Quarti vero codicis reliquiae potius VI. quam V. saeculi esse videntur, codici P Guelferbyitano rescripto admodum similes. Accedunt ad eas proxime quas VII. loco recensuimus, evangelii Lucae partes. Ceterum haec evangeliorum fragmenta commune hoc habent, quod Ammonii sectiones abaque Eusebii canonibus textui adscriptas habent. Reliqua

sunt tria actorum folia, numeris V. et VI. a nobis insignita. Differunt haec inter se maxime eo, quod duo folia textum per totam paginam continuum continent neque prorsus accentuum usu carent, tertium vero pariter ac reliqua fragmenta omnia textum habet duabus columnis distinctum eumque accentibus vacuum. Nihilominus vix differunt aetate videnturque adscribenda esse saeculo VII. Folia pleraque permagna legendi difficultate laborant, neque tamen in iis legendis tinctura chemica usus sum exceptis paucissimis. Edidi accurate in Monumentorum sacrorum nova collectione, volumine primo a. 1855. Textum ibi habes a pag. 1 usque 48; commentarium in Prolegg. pag. XIII usque XIX., facsimilia quae vocant sex in tabula I. Ad quae addidi septimum in Anecdotis sacris et profanis tabula III. nr. VI.

††K cod. Reg. nunc Imp. Paris. Nr. 63., ab insula unde a. 1673.

† in bibliothecam Colbertinam pervenit plerumque Cyprius dictus. In iis quae subscripta sunt commendatur liber praeter Mariam etiam Sancto Eutychio: *προσδέξη ταύτην* (praecedit *ἡ δέλτος*) *ἡ ἅγια θεοτόκος καὶ ὁ ἅγιος Εὐτύχιος*. Praeterea inde apparet alium scripsisse ipsum textum, alium adscripsisse capitulorum indices et notationes in margine itemque quae evangelia subscripta habent. Continet evangelia IV integra. Aliorum collationes Scholzius, qui idem descripsit in *Curis criticis in historiam textus evangeliorum* Heidelb. 1820., multis auxit erroribus. Anno 1842. institui collationem accuratissimam, quam postea Lipsiae percurrit S. P. Tregelles. Scriptus videtur saeculo nono medio vel exeunte.

††L codex Reg. nunc Imp. Paris. Nr. 62. Textum evv. integrum praebet exceptis locis quinque his: Mt. 4, 22. — 5, 14. *οἱ δε — κειμενη* 28, 17. *καὶ ἰδοντες* usque finem Mc. 10, 16. — 30. *τὰς χεῖρας* (exit cod. *κατηυλογει τιςθεις*) — *τῷ αἰωνί* 15, 2. — 20. *καὶ ἐπηρωτησεν — τὰ ἴδια*. Io. 21, 15. *συ οἶδας οτι* usque finem. Post varia hominum criticorum imprimis Griesbachii studia circa hunc „excellentissimum librum,“ „incredibili cum venerandis illis exemplaribus quae Origenes olim suis manibus versavit consensu“ insignem ac prae reliquis omnibus celebri Vaticano codici affinem, nuper totum Parisiis transcripsi et ex schedis meis edidi in *Monumentis sacris ineditis* p. 57. — 369. Prol. § 6. tab. I. nr. 7.; III. nr. 7. Ibidem accuratissimis

facsimilibus provisum est ne quis amplius pessima Hugii tabula in errorem ducatur. Scriptus videtur octavo saeculo.

††M codex Reg. nunc Imp. Paris. numero 48, a Francisco des

† Camps abbate regi Ludovico XIV. primo die anni 1706. dono datus. Evangeliorum textum integrum habet. Litterarum uncialium genere scriptus est simili atque evangeliorum codex V; in quo quidem minime cum Hugio operosam antiquiorum litterarum imitationem sed non vulgarem scripturae elegantiam inveni. In marginibus passim habentur notae ipsa prima ut puto manu minusculis litteris exaratae, quarum ratio egregie convenit cum Platone Oxoniensi, cui subscriptus annus est 896, aliisque codicibus minusculis eodem nono saeculo scriptis. In ultimo folio Arabica quaedam adnotata sunt, sed sunt lectu difficillima; celeb. Reinaud, vir Arabicarum litterarum peritissimus, certe nomen Hierosolymae in iis invenit. Textum totum cum menologiis et synaxariis, quae ex hoc codice pariter atque ex codice Cyprio satis vitiose edidit Scholzius, diligentissime anno 1841. descripsi. Fortasse non indignus est editione. Exaratum censeo post med. saec. IX.

††N: hoc signo comprehendimus quae antea pro tribus variis fragmentis in libris criticis venditata sunt, quemadmodum ipsi in editione anni 1849. siglis *nr* distinximus. Sunt enim, quod ante nos nullus dum suspicatus erat, disiecta membra unius eiusdem corporis; cuius quum olim aliquis folia duodecim nactus esset, singulari et membranae et litterarum luxu prae ceteris insignia, optimum ex iis quaestum facturus sibi videbatur si singula separatim venderet. Itaque sex Romae vendidit, duo Vindobonae, Londini quattuor. Constant autem membrana subtili ac purpureo colore tincta; textum duabus columnis dispositum habent eumque litteris argenteis scriptum, nisi quod dei et Christi nomina auro distinguuntur. Litterae paullo sunt grandiores quam in codd. ABC, sed plane rotundas ac quadras formas habent. Interpunctio rara est nec nisi puncto simplici ad caput litterae posito efficitur. In margine notata sunt capita Ammonii Eusebiique canones, neque desunt capitulorum maiorum tituli. Praestat textus formis Aegyptiacis ut *λημψομε, ειχσοαν*.

Ac Romae quidem quae in thesauris Vaticanis deposita sunt (*r*), de nostratibus ante me nemo vidit. Augustinus enim Scholzius, asserens quinque esse folia quum revera sint sex,

in lectionibus variantibus eius secutus est eum qui folia mss. cum editis contulit. Is est Gaetanus Marini, cuius manu variae lectiones notatae, exigua quidem accurate ac fide, anno 1843. ipsi codici adiacebant.

Nec vero aeque ac Vaticanæ reliquias folia duo latuerunt quae Vindobona possidet (N). Iam enim Lambecius ea in suo de bibl. Caesarea commentario descripsit eoque duce Montefalconius et Wetstenius. Quum vero cum celeberrimis Vindob. fragmentis libri Genesis in unum compacta essent, opinio obtinebat eiusdem olim utraque codicis fuisse. Quod primus negavit Treschovius in Tentamine descriptionis codicum a. 1773. pag. 124. Idem totum textum descripsit, eumque insecutus passimque ut sibi videbatur corrigens lectiones variantes dedit Franc. Car. Alter in N. T. Viennae 1787. I. p. 999 sqq. Sed a neutro hi verus quamvis pauci recte lecti sunt.

Ad folia quattuor Musei Britannici transeo, signata Tit. C. XV... XIV. B. Ea Wetstenius, ut asserit, anno 1715. vidit atque contulit, post eum nemo, neque Griesbachius, retractasse videtur. Quem enim errorem circa haec folia, quae ex charta Aegyptiaca constare dicebat, praeivit Wetstenius, eum fideliter omnes usque ad Scholzium repetierunt critici. Ut autem Wetstenius codicem suum I male descripsit, ita etiam peius contulit, si tribus tantum ad Iohannis textum lectionibus notatis contulisse dici potest. Quod in codice tam antiquo atque insigni satis iniquum erat.

Sed vide quae huc pertinent reliqua in Monumentis meis sacr. ineditis a. 1846. ubi Prolegg. § 3. accuratius descripsimus, additis tribus quae vocant facsimilibus tabula altera, et a pag. 11 usque 36. edidimus textum. Continetur omnibus duodecim foliis: Mt 19, 6—13. 20, 6—22. 20, 29—21, 19. (r) 26, 57—65. 27, 26—34. Luc. 24, 13—21. 24, 39—49. (olim N) Ioh. 14, 2—10. 15, 15—22. (cum duobus extremis Matthaei fragmentis olim I). Scripta videntur sexto p. Chr. saeculo fere exeunte. (In ed. mea lege *καταπερτης* pro *-περτης* Mt 21, 11.)
 ††N^b codex Musei Britannici numero 17, 136. insignitus, qui eorum est numero qui nuper ex deserto Nitriensi Londinum allati sunt. Forma sedecima hymnos Severi Syriace continet. Huius folia quattuor, numeris 117 et 118. 127 et 128. notata deleta Graeco aliquo textu biblico rescripta esse quum mihi

significasset is qui a librorum Syriacorum custodia est, vir litterarum orientalium longe peritissimus, Graecis legendis omni studio incubui. Quibus curiosius inspectis duplicem scripturam Syriacam superimpositam esse intellexi, unde quantopere difficultas legendi augeatur in prompta est. Contigit tamen ut uno tantum loco excepto, cuius lectio dubia manebat, quicquid Graecarum litterarum superest legerem ac describerem. Quae quidem omnia propter formam libri Syriaci minimam vix plus decem textus sacri et quidem evangelii Iohannis versus efficiunt. Sunt autem reliquiae codicis cuius aetatem pauci alii adaequant, pauciores etiam superant. Uncialium litterarum genus purum est, item interpunctio simplicissima; scriptura nullis utitur initialibus. Hinc aetatem definiendi vix aliud dubitare licebit, quam utrum quinto an quarto saeculo scriptus sit. Quartum quidem quominus praeferamus, non impedimur Ammonii numeris textui adscriptis: hos enim in tum in usu atque auctoritate fuisse, testes sunt Epiphanius atque Hieronymus. Praeterea ipse textus pluribus locis cum iis consentit testibus quos antiquissimam textus rationem tradere consentaneum est. Loci evangelii Iohannis, ad quos haec fragmenta spectant, sunt: XIII, 16—17. 19—20. 23—24. 26—27. XVI, 7—8. (ibi *κττ* ante *ελθων* addendum esse, quippe male in ed. praetermissum, ad ipsum locum 16, 8. notavimus in comm. nostro.) 12—13. 15—16. 18—19. Edidimus addito brevi facsimili in Monumentis sacr. ined. Nov. Coll. vol. II.

†O¹) codex Mosquensis S. Synodi Nr. CXX., ex monte Atho.

1) Quod hoc siglo olim, ut a Wetkenio, Griesbachio, Scholzio, insigniebatur fragmentum Montefalconii, ex evangelistario potius quam e continuo evangeliorum textu desumptum est. Idcirco ex hoc indice iam anno 1849. expunxit. Difficile quidem est de quattuor versibus quorum tres mutili sunt certi quid dicere; sed in evangelistario decimi saeculi quadrat quum litterarum genus tum signa quibus in ecclesiastico usum textus distinguitur. Accedit quod v. 14. ad verba *οτι πα; ο ψων* deest numerus Ammonianus. Haec cui non probant quod volo, ei innumera codicum Ni Ti fragmenta offerri poterunt, si quis ex tot quae supersunt evangelistariis uncialibus sive singula folia sive foliorum fragmenta decerpere velit. Continet autem fragmentum istud Le 18, 11—13. *αρπαγ; — οφθαλμος* cum v. 14. inde a *των οικων*. (In quibus lectionem *η γαρ εκτιρος* c. add. TISCHENDORF. N. T. Edit. 7. L

Sunt folia octo (potius dicendum est quattuor; altera enim quattuor nil nisi initium evang. Ioh. 1, 1—4. exhibent), a bibliopega agglutinata codici homiliarum Chrysostomi. Praeter Ioh. 1, 1—4. continent Ioh. 20, 10—13. ἀπηλθον — κλαίεις 15—17. λέγει αὐτῆ — θεον υμῶν 20—24. ἐχαρήσαν οὖν — ἦλθεν ὁ ἰησοῦς. Quibus textus partibus aliquid scholiorum minutis litteris adscriptum est. Edidit textum Chr. Fr. Matthaei, cui est cod. 15., in ed. opp. Pauli ad Thess. et ad Timoth. Gr. et Lat. Rigae 1785. p. 258—260. Idem facsimile exhibuit in editione sua apocalypsis Rigae 1785. post praefationem. Noni videtur esse saeculi.

††O^a : ita designavimus duos hymnos, alterum Mariae Lc. 1, 46—55. alterum Zachariae Lc. 1, 68—79. in codice Guelferbyitano Latino saeculi VIII. vel IX. grammaticam Pompeii continente litteris uncialibus Graecis saeculi noni scriptos. Edidimus et illustravimus in Anecdotis sacris et profanis a. 1855. pag. 206 sqq.

††O^b : sunt iidem duo hymni de quibus ad O^a dictum est, Lc. 1, † 46—55 et 68—79. una cum tertio Lc. 2, 29—32. inventi in psalterio bibliothecae Bodlejanae D. 4. 1. (120. Bodl.) saeculi noni. Eodem loco Anecdotorum, ubi de prioribus exposuimus, tractantur etiam isti.

†O^c : est hymnus Mariae Lc. 1, 46—55. in celebri psalterio Veronensi Graeco Latino sexti ut videtur saeculi scriptus. Editus est codex ille, cuius Graeca Latinis litteris expressa sunt, a Blanchino in Psalterio duplici, quod adiunxit Vindiciis suis canonicarum scripturarum Romae 1740. Cf. ibi pag. 275. Initium sic habet: Megalyni e psyche mu ton Quirion Ce egalliasen to pneuma mu epi to theo to soteri (cod. *sori*, quod compendium scripturae videtur) mu. Cf. editionem meam Vet. Test. Gr. secundum LXX. 1856. ubi in Prolegg. p. LIX. longius specimen exhibui.

†O^d sunt tres ex Luca hymni 1, 46—55. 68—79. 2, 29—31., quemadmodum leguntur in celebri psalterio Turicensi purpureo argenteis aureisque litteris scripto saeculi fere septimi.

pl. tuetur.) Haec ipsa incidunt in pericopam Lc. 18, 10—14. praescriptam in cod. κ τῆ κριστακῆ ἱε, in cod. μ τῆ κριστακῆ τοῦ τελώνου. (Quae ex more suo minus recte exscripsit Scholz N. T. I. p. 469.)

Totum psalterium editurus sum in Monumentorum sacrorum nova collectione, cuius efficiet volumen IV.

††O^e In codice Sangallensi 17. partim Latine partim Graece † scripto inveni eosdem hymnos tres: Lc. 1, 46—55. 68—79. 2, 29—31. ab homine Latino saeculi noni ut videtur scriptos.

†P et †Q. His siglis dudum insigniuntur duo codices Guelferbytani rescripti. Primus enim Franc. Ant. Knittel post med. saec. XVIII. in codice, qui originum libros XX et epistulas VI Isidori Hispalensis continet, invenit varias veterrimas scripturas sub recentiore latentes, in iisque praeter pretiosas aliquot versionis Ulfilae reliquias non exigua duorum codicum evangeliorum fragmenta. Inventis thesauris vehementer delectatus anno 1762. edidit librum hoc titulo: Ulphilae versionem Gothicam nonnullorum capitum epist. Pauli ad Romanos, venerandum antiquitatis monumentum pro amisso omnino atque adeo deperdito per multa saecula ad hunc usque diem habitum, e litura codicis cuiusdam ms. rescripti, qui in augusta apud Guelferbytanos bibliotheca adservatur, una cum variis variae litteraturae monimentis huc usque ineditis eruit commentatus est datque foras F. A. Knittel, metropolit. eccles. ap. Guelfph. archidiaconus. Edidit in hoc libro accurate omnia quae legerat in duobus evangeliorum codd. rescriptis. At quod dudum suspicatus eram, novis studiis multo plura quam Knittelius eruit ad lucem revocatum iri, id plenissime summoque cum gaudio expertus sum. Auctumno enim anni 1854. contigit mihi, favente bibliothecario clarissimo Schoenemanno, ut utrumque codicem totum legerem exceptis tantum novem fere dimidiatis versibus qui initio evangeliorum Marci et Lucae rubro olim scripti erant proptereaque nullum scripturae ablutae vestigium reliquerunt. Tincturam chemicam non adhibui nisi ad unam litteram exeunte pagina positam (o in voce βαθεος). Quum igitur antea de columnis 228, quibus uterque codex constat, 17 plane nondum lectae essent, 36 aliae minima ex parte rursusque 44 aliae maiore tantum ex parte, non parva Knitteliani laboris supplementa parare licebat. Praeterea vero etiam in iis quae legit Knittelius, saepe falsus est, quemadmodum Mt 11, 9. εληθετε dedit pro εληθατε. Mc 1, 10. ιδε τῶ σχιζομενους pro ιδεν σχιζομενους Mc 14, 15. αναγειον pro αναγαιον Lc 5, 1. γεννησαυετ pro γεννησαυετ 7, 48. αφωνται σου pro αφωνται σοι 11, 2. επι της γης pro επι

- γης 9, 23. τον πετρον pro πετρον 8, 48. ο δε pro ο δε 11, 11, 36. αναλυσει pro αναλυση 18, 39. εκραξεν pro εκραζειν 19, 8. ημισια pro ημισια etc. Multo etiam saepius orthographiam antiquam neglexit, item interpunctionem ac minutas res omnes. Propterea imperfectissimum Knittelii laborem — a quo etiam Lachmannus pendebat totus — digne compensaturus utraque fragmenta denuo editurus sum in Monum. sacror. ined. nova collectione, voll. III et V. Ceterum dubitare non possum quin altera ab alteris aetate differant, qua de re uberius suo loco exponam. Codicem enim P sexti, codicem Q quinti saeculi esse existimo. Fragmenta autem quae continent, haec sunt:
- †P Matth. 1, 11—21. της μετοικεσις — δε υιον 3, 13 — 4, 19. τοτε παραγινεται ο ιησους — οπισω μου και ποιησω 10, 7 — 19. οτι ηγγικεν — οταν δε παρα 10, 42 — 11, 11. και ος — αμην 13, 40—50. εν τη — οδοντων 14, 15 — 15, 3. αγορασωσιν — την εν 15, 29 — 39. μεταβας — απολυσις. Marc. 1, 1—10. Λοχη — αγαπητος εν σοι 3, 5—17. επι τη — τον ιακωβου 14, 13 — 24. αυτοις υπαγετε — εκχυννομενον 14, 48—61. συλλαβειν — επηρωτα 15, 12 — 37. ιουδαιων — εξεπνευσεν. Lucae 1, 1—13. ταξασθαι — ζαχαρια 2, 9—20. επιστη — προς αυτους 6, 21 — 42. οτι χορη. — οφθαλμω σου 7, 32 — 8, 2. παιδιος — επτα 8, 31 — 50. και παρεκαλει — μονον πι 9, 26—36. τουτον — εν τω 10, 36 — 11, 4. ληστας — ημιν και μη 12, 34—45. εκει και — ερχεσθαι και 14, 14—25. ανταποδοθησεται — προς αυτους 15, 13 — 16, 22. παντα — αβρααμ 18, 13 — 39. μοι τω — υιε 20, 21 — 21, 3. και ου — αληθως 22, 3—16. εισηλθεν — εν τη βασι 23, 20—32. λατος προσειγωνησεν — και οτε 23, 45 — 56. ταπετασμα — βαθεος 24, 14—87. και αυτοι — θεωρειν. Iohannis 1, 29—41. ερχομενον — ακολουθησαντων αυτω 2, 13—25. και εγγυς — παντας και 21, 1—11. εμανερωσεν — μεστον
- †Q Habentur ibi haec: Lucae 4, 34 — 5, 4. εκ τι — επαναγαγε εις το βα 6, 10—26. θη η χειρ — κατα 12, 6—43. επιλελησμενον — ο δουλος 15, 14—31. εγενετο — ειπεν αυτω 17, 34 — 18, 15. ται και ο πετρος — ιδοντες 18, 34 — 19, 11. και αυτοι — μελλει η βα 19, 47 — 20, 17. λαου — τι συν 20, 34 — 21, 8. οι υιοι — πολλοι γαρ 22, 27 — 46. σω υμων — και ειπεν 23, 30 — 49. γειν τοις ορεσιν — οι γνωστοι Iohannis 12, 3—20. πολυτιμου — εν τη εορτη 14, 3 — 22. μας προς εμαυτον — εμψαμζειν σε

††R¹) codex rescriptus Musei Britannici, in quod ex monasterio Coptorum Nitriensi cum magna collectione codicum antiquissimorum, inprimis Syriacorum, nuper perlatus est. Exposuit hac de re uberius vir S. Ven. Guilielm. Cureton in praefatione libri cui titulum fecit: *The festal letters of Athanasius etc.* a. 1848. Perlustrans enim is primus thesauros illos ex Aegypto Londinum advectos, quo est acumine et magna litterarum experientia, detexit libros multos plus uno nomine insignes. Quorum in numero non ultimum locum occupat is qui scripta Severi Antiocheni ex Eutychiaua haeresi clari continet. Ut enim magni momenti est Syriacus textus, nono vel decimo saeculo scriptus, inedita Severi scripta continens, ita etiam maioris sunt Graeca, quibus deletis Syriaca superscripta sunt. Edidit inde celeb. Cureton palimpsestum suum Homerum, praeter quem et Euclidis fragmenta nonnulla plurimas evangelii Lucae partes continet. Has quum primum 1849. videram, is ipse qui detexerat editurus erat, quemadmodum in editionibus meis Novi Testamenti 1850 et 1854. indicavi. Quum vero ex Curetonii litteris rescivissem, aliis laboribus eum tam occupatam esse ut palimpsestas Lucae Graeci reliquias non amplius cogitaret edere, operam dedi ut rursus et quam primum Londinum venirem. Quod ubi contigit, vere inenante anni 1855., nihil antiquius habui quam ut Graeca Lucae sub Syriaco Severi textu latentia investigarem. Investigandi labor haud exiguus erat, praesertim caelo plerumque

¹) Quod olim hoc siglo insignitum erat fragmentum Tubingense, Ioh. 1, 38—50., ex evangelistario undecimi fere saeculi est proptereaque immerito in hunc indicem relatum. Cuius rei argumenta haec sunt: XII versus quos continet ex media pericopa Ioh. 1, 35—52. sunt, quae legebatur *τῆ δ' τῆς διακονησίου*. Litterae sine ulla exceptione prorsus eandem formam habent quae in evangelistariis uncialibus posterioris aetatis usu venit (ut Reg. Par. 278. Coisl. Par. 31. etc.). Est enim imitatio litterarum uncialium antiquarum in usum ecclesiasticum instituta quo tempore hoc scripturae genus iam aboleverat. Item cum evangelistariis convenit et dispositio textus et membranae crassitudo. Etiam signa quae textum distinguunt in usum praelegentium ubique posita sunt. Contra deest notatio sectionum Ammonii et canonum Eusebii, quae bis incidit in duas columnas aere excusae. Quarum si altera perisse videri possit, altera ad v. 44. *τῆ ἐπαίσιον* sine dubio deest. Descripsit Reuss: *Beschreibung einiger Handschriften etc.* Tubing. 1778.

nubilo; neque ferebant leges Musei Britannici ut ullo loco evanidae litteris restaurarentur chemicis. Nihilominus contigit ut, exceptis paucis capitibus 22. versibus, tantum non omnia legerem, nec nisi raro de vera codicis lectione aliqua dubitatio remaneret. Scriptura uncialis est eo ex genere quod saeculis V. VI. VII. plerumque adhibitum scimus; pro magnitudine litterarum ad similitudinem accedit fragmentorum evangelicorum N, item partium Lucae quas in codice rescripto I numero septimo distinximus (vide ad I), item codicis P Guelferbytani. Sed neque desunt plane exempla uncialis scripturae productae. Interpunctio simplici puncto fit, plerumque ad litterae caput adposito. Sectiones Ammonii non habent canones Eusebii additos. Omnibus antiquitatis indicibus probabile fit codicem sexti saeculi esse. Fragmenta autem egregius liber continet haec: 1, 1—13. 1, 69—2, 4. 2, 16—27. 4, 38—5, 5. 5, 25—6, 8. 6, 18—31.*) 6, 49—7, 22. 8, 5—15. 8, 25—9, 1. 9, 12—43. 10, 3—16. 11, 4—27. 12, 4—15. 40—52. 13, 26—14, 1. 14, 12—15, 1. 15, 13—16, 16. 17, 21—18, 10. 18, 22—20, 20. 20, 33—47. 21, 12—22, 6. 22, 8—14. 42—56. 22, 71—23, 11. 23, 38—50. Edidi in Monumentor. sacror. ined. vol. II. pag. 1 usque 92. additis commentario et facsimili.

S codex Vaticanus nr. 344. Evangelia quattuor integra habet. „Bis diligenter“ contulit Birch (cf. Var. lectt. ad textum evv. Havniae 1801. p. IV.), quem secutus sum. Per multis vero locis quid habeat codex, ex collatione Birchii non apparet, maxime in rebus orthographicis aliisque quae olim collatoribus minoris vel nullius momenti visae sunt proptereaue negligebantur. Quum igitur saepe non cautum duxissem e Birchii silentio ad codicis consensionem cum Stephaniana editione concludere, toties in comm. nostro: S? positum est. Ipse, cui brevi e Roma abituro libera utendi facultas data est, novam collationem non institui; percurri tantum totum, pauca (ad Matth. 27, 17. in margine adscripta: edidi in annalibus Vindob. 1847. l. I. p. 7.) exscripsi et delineavi facsimile. Blanchinus enim

*) In his 6. 22. typorum vitio in ed. mea excidit *ε* in *ελεγομαι*. Praeterea aliquoties evanuisse vidi in exemplari meo lineolam compendiorum.

nimis eleganter, Birchius ineleganter expressit scripturam codicis. Exaratus est, ut ipse codex testatur, anno 949.

†T codex Borgianus nr. 1. nunc in collegio Romano pro propaganda fide depositus, foliorum formae quaternariae tredecim. Evangelii Iohannis fragmenta, quae ad latus habent versionem Thebaicam sive Sahidicam, haec sunt: 6, 28. — 67. *ειπον ουν προς — θελετε υπαγειν* 7, 6. — 8, 31. *ουπω παρεστιν — μαθηται μου εστε*. Diligenter edidit Aug. Ant. Georgi in Fragmento evangelii S. Iohannis Graeco Copto-thebaico saeculi IV. etc. Romae 1789. Paucis tantum locis Georgius minus recte codicis lectionem reddidisse videtur, ut 7, 45. ubi edidit *φαρισαιους* pro *φαρισαιους*; item quibus locis Birchius, qui et ipse contulit, a Georgio differt, quemadmodum versu laudato notat *ελεγον* pro *ειπον*. Codicem ipse perlustravi et facsimile confeci. Litterae unciales quibus scriptus est, adhibito passim spiritus utriusque signo, aliquam cum Copticis similitudinem habent: nimirum ab homine Copto codex scriptus videtur. Non dubito quin ad quintum saeculum sit referendus.

T^s: hoc siglo insignivimus duo fragmenta Sahidica Graeca, quae olim Woidius possedit et in collationibus suis fragmentorum Sahidicorum cum Graecis editis (vide infra ad versiones) excerpit. Altera continent Lc 12, 15 usque 13, 32., altera Ioh 8, 33 usque 42. De prioribus in editionibus Novi Testamenti antea neglectis primus retulit cl. Tregelles: vide an introduction etc. 1856. pag. 180. At is non animadvertisse videtur altera. Ex his alteris intellexi, eiusdem codicis, cuius fragmenta edidit Georgius, partes esse Woideana fragmenta. Hoc enim folium quo continetur Ioh. 8, 33 sqq., ipsum ultimum foliorum Borgianorum excipit, ita quidem ut, cuius loci (Ioh. 23—32) Graecam partem solam fragmentum Borgianum praebet, eiusdem Sahidicam praebet Woideanum. Quae passim vitiosissime in his fragmentis scripta sunt, ut *βαβουσα* pro *λαβουσα*, *ων λαβων* pro *ον λαβων*, *δεκα:* pro *δεκα και* (Lc 13, 16 sqq.) satis probant scriptorem Coptum fuisse. Sunt igitur Woideana ista fragmenta eiusdem certe cum Borgianis aetatis i. e. saeculi ut videtur quinti.

††U codex Venetus Marcianus class. I. nr. VIII. olim Nanius.

† Sunt evangelia IV integra curate eleganterque passim etiam luxuriose scripta, quavis pagina in duas columnas divisa. Variantes lectiones a Muentero sibi communicatas exhibuit

Birch., cf. Var. lectt. ad text. ev. p. LXV. Nihil novi Scholzius addidit. Ipse auctumno anni 1843. novam totius codicis collationem ad editionem meam primam institui, unde appareret multo saepius quam ex lectionibus Birchii concludi poterat a textu eum Elzeviriano discedere. Rursus nuper S. P. Tregelles meam collationem Lipsiae contulit cum sua, alteram ex altera passim corrigens. Saeculi est IX. exeuntis vel X. ineuntis.

V codex Mosquensis S. Synodi. IV evangelia continet saeculo fere nono scripta usque Ioh 7, 39. *ουπω γαρ ην*, a quibus inde verbis ea quae periorant manus recentior saeculi fere XIII. litteris minutis supplevit. Praeterea desiderantur Mt 5, 44. — 6, 12. *και προσευχεσθε — οφειλεταις ημων* 9, 18. — 10, 1. *την και ζησεται — μαθητας αυτου*. Chr. Frid. Matthaei accuratissime descripsit in editione sua epp. ad Thess. et Tim. p. 265 sqq. Rigae 1784., facsimili addito ante textum apocalypsis. Idem „bis diligentissime“ contulit, eumque sequitur commentarius noster.

††W^a cod. Reg. nunc Imp. Paris. nr. 314. sive potius duo folia ad finem codicis 314. addita. Reliquiae sunt codicis octavi ut videtur saeculi qui continuum evangeliorum textum sed usui ecclesiastico accommodatum habebat. Ubiqumque enim in textu lectiones sacrae occurrebant, ab eo ipso qui textum scribebat notatae sunt. Fuisse autem revera in illo codice continuum textum evangeliorum, quum sectionibus Ammonii Eusebiique canonibus, tum ipso eo probatur quod textus cum studio neque tamen nisi passim usui ecclesiae aptus est redditus. Etiam capitula duobus locis indicantur. Litterarum uncialium in his foliis ea est ratio quae oblongis propriisque litterarum δ et ϑ formis ab antiquissimarum pulchritudine deflectit. (Mirum in modum Scholzius: *Biblich-Krit. Reise* p. 26. *Die Unzialbuchstaben gleichen denen des Cod. C.* Hoc nec tum verum esset si recte haberent litterae sordidae omni-que modo detortae quas Scholzius nescio quomodo e cod. C protulit.) Accentus et spiritus non ubique sed tamen plerumque positi sunt. Quaevis interpunctio fit puncto varie quidem illo sed sine sensus discrimine posito. Textus plurima cum Alexandrinis testibus communia habet. Ita Lc 10, 12—22. quindecies ab Elzeviriano discedit: id quod Scholzius, cui prima horum fragmentorum notitia debetur, quater recte

notavit, semel cum mira lectionis confusione indicavit, decies vero plane praetermisit. Continent autem ambo folia Lc. 9, 34—47. ἀκούετε — παρ' εαυτώ 10, 12. — 22. μοις εν τη — βουλεται ο υιος. Integra edidi in Monumentis sacr. ineditis 1846. p. 51. — 56.; illustravi ibidem Prol. § 5. delineavi tab. III. nr. 6.

††W^b codex Neapolitanus rescriptus, Borbonicus II. C 15.

† (LXXIX.) Est typicum ecclesiae Graecae saeculi XIV., foliis constans 79, quorum 14 extrema rescripta sunt. Scriptura vetustior deleta unciales litteras sed formis oblongis atque ad dexteram deflexis habet. Hanc qui primus animadvertit, Salv. Cirillo, auctor catalogi librorum Graecorum mss., pro fragmento officii Graeci habuit („saeculo VIII. ad summum IX.“ scripti). Quod ille inde conclusit quod passim leguntur notae ecclesiasticae eaeque ipsi textui passim interpositae. Contra sunt sectiones Ammonii in margine indicatae. Conveniunt haec in re fragmenta Borbonica cum Parisiensibus W^a, nisi quod in his etiam numeri Eusebiani habentur, non item in illis. Tamen facile crediderim numeros illos etiam in Borbonico codice adscriptos fuisse, sed minio, quod quidem in libris palimpsestis plerumque totum perisse intellexi. Atque ut dicam plane quod sentio, videntur mihi folia Neapolitana eiusdem libri fragmenta esse cum Parisiensibus W^a, quamvis in his duobus foliis versus tantum 23 per paginam scripti sint, in Neapolitana vero pagina ea quam solam legi 25. (Similis varietas in codice Ephraemi aliisque invenitur.) Ipsi quidem versus eundem in utroque ambitum habent; in utroque etiam duabus columnis distincti sunt. Ceterum, ut iam significavi, non plus unam paginam legi (m. Jul. a. 1843.) et quidem adhibitibus cheimicis, continentem Marc. 14, 32—39., quem textum edidi in annalibus Vindobonensibus a. 1847. Anzeigeblatt für Wissenschaft und Kunst. Nr. CXVII. pag. 8 sq. Praeterea vero, qui tum temporis bibliothecae Borbonicae praefectus erat, vir Rev. Ang. Ant. Scotti de eodem codice commentationem scripsit in Memorie della Reg. Accad. Ercolanense di archeologia. Vol. IV. Parte 1. Napoli 1852. Ibi pag. 3. meorum circa paginam illam evangelii Marci laborum mentio facta est. In specimenibus vero, quae tabula exhibet, unum prae ceteris vitiose exscriptum est, hunc in modum: ἀλλε του πνς εις την γαλιλαιαν και φημα εζηλ, pro quibus nullus dubito ipsum codicem habere:

[δυν] αμει του π̄νς ε. τ. γ. κ. γημη ε. Ceterum trium priorum evangeliorum fragmenta in his foliis rescriptis inveniuntur. Saeculo octavo scripta ea esse, cum commentatoribus Neapolitanis censeo.

†W^c: hoc signum dedimus tribus foliis Sangallensibus fragmenta textus evangeliorum Marci et Lucae continentibus. Addita sunt aliis libris vel potius ad compingendum adhibita. Speciem rescriptorum habent, sed scriptura tantum deleta est, nullo novo textu supra scripto. Quae legi, haec sunt: Mc 2, 8—16. Lc 1, 20—32. 64—79. Tamen in his locum Lc 1, 27 sq. non ita adsecutus sum ut fidenter edere possem. Folium enim, quo haec olim scripta erant, singulis fere litteris iniuriam a cultello ad radendum adhibito accepit. Ceterum eo in folio quo legitur Lc. 1, 64—79. animadverti vestigium Latini textus Graeco olim adpositi. Legere enim mihi videbar *salutem ex inimicis n̄ris* (i. e. nostris) 1, 71. Inde concludendum dimidias tantum foliorum partes reliquas esse, atque eas quidem quae columnas Graecas continerent, perisse vero alteras Latino textu conscriptas. Scriptura horum fragmentorum paullo elegantior est Sangallensi evangeliorum codice, tamen idem saeculum nonum, quo ille scriptus est, vix antecedere videtur. Textu satis insignis est nec dissimilis codici Δ. Dabo eum prope diem foras Monumentorum sacr. ined. volumine III.

††X codex bibliothecae universitatis Monacensis, olim Landishu-
† tensis, post Ingolstadiensis I. 26. „Gerardus Vossius ad publicandum patribus Soc. Iesu communicavit et per R. P. Georg. Baderum Roma misit.“ Sunt fragmenta IV evangeliorum, quorum textui additi passim interiecti sunt complurium patrum imprimis Chrysostomi commentarii, scripti illi quidem minutis litteris, sed eiusmodi quae convenient cum cod. dialogorum Platonis Oxoniensi scripto anno 896. Supersunt fragmenta haec: Matth. 6, 3—10.¹⁾ 7, 1. — 9, 20. Μη κριν. — οπισθεν 9, 34. — 11, 24. τι των — η σοι 12, 9. — 16, 28. και μεταβας — βασ. αυτου 17, 14. — 18, 25. και ελθοντων — εκλευσεν αυ 19,

¹⁾ Hanc partem vidit Tregelles; ipse non animadverteram. Scholsius vero notat textus initium fieri versibus Mt 5, 41—6, 10. quamquam nullam inde lectionem affert. Praeterea Tregelles etiam versum 5, 45. in commentario se invenisse significat; sed lectiones commentarii saepe ab ipso textu differunt.

22. — 21, 13. ακουσας — ληστων 21, 28. — 22, 22. τι δε — απηλθον 23, 27. — 24, 2. ακαθαρσιας — καταλυθησεται 24, 23. — 35. τοτε — παρελθωσιν 25, 1. — 30. τοτε — οδοντων 26, 69. — 27, 12. ο δε πετρο. — ουδεν α Marc. inde a 6, 47. integer est, nisi quod 14. 61. — 64. 14, 72. — 15, 4. 15, 33. — 16, 6. non-nihil litterarum verborumque periit ac 16, 6. — 8. θη ουκ εστιν — γαρ αυτας deest. Lucae 1, 1. — 37. Επειδηπερ — αδυνατησει 2, 19. — 3, 38. η δε — θεου 4, 21. — 10, 37. ηρξατο — ουτως 11, 1. — 18, 43. και εγενετο — θεω 20, 46. πρωτοκλησιας — finem. Iohannis 1, 1. — 2, 22. Εν — ο ιησους 7, 1. — 13, 5. και μετα — διεξωσμενος 13, 20. — 15, 25. αμην — δωρεαν 16, 23. εν εκεινη — finem. Quae inter 2, 22. et 7, 1. desiderantur, saeculo fere XII. suppleta sunt. Post Scholzium hieme anni 1844. fragmenta omnia, exceptis iis quae, ut modo indicavi, duobus saeculis post addita sunt, contuli. Etiam ex hoc codice quae excerpsti, nuper cum excerptis suis contulit S. P. Tregelles. Aliquot vero locis, ubi de meis dubitabam, codicem ab amico denuo examinandum curavi. Exeunte nono vel ineunte decimo saeculo exaratus est.

††Y codex bibliothecae principalis Barberinae signatus nr. 225., foliis sex formae maioris constans. Sunt fragmenta evang. Iohannis: 16, 3. — 19, 41. γνωσαν τον πατερα — εν τω κηπω, codici evangeliorum, Theophylacti commentariis instructo, saeculi fere XII. praefixa. Primum innotuerunt per Augustinum Scholz, quamquam pro more suo negligenter inspexit atque etiam negligenter descripsit. Octo ille folia esse ait (cf. Biblisch-Kritische Reise etc. 1823. pag. 108.), quum non sint nisi sex; ea continere refert Ioh 16, 4 usque 19, 28., sed revera continent Ioh 16, 3 usque 19, 41. Item „bene, rapide omnibusque accentibus“ scripta esse perhibet; at scriptura vetus quae nihil artificiosi habet, eo deformata est quod altera manus atramento novo eoque fusco ac sordido instauravit, accentus raro et negligenter positi sunt, frequenter etiam desiderantur spiritus. In margine Ammonii capita absque Eusebii numeris exprimuntur. Interpunctio aliquam similitudinem codicis e habet. In utroque enim quum triplex puncti positio est tum duorum aut trium punctorum coniunctio, nisi quod in Barberino codice etiam quattuor punctorum signum habetur. Alexandrinae orthographiae conservavit vestigia, quemadmodum Ioh 16, 14. λημψεται et 16, 24. λημψεσθε habet. Scri-

ptus videtur octavo p. Chr. saeculo. Ceterum non facile erat anno 1843. efficere ut Barberinus princeps, cui a duobus principibus optime commendatus eram, permitteret examen codicum suorum. Nec permisit nisi ut duobus diebus paucas horas in bibliotheca eius laborarem. Nihilominus recte a me omnia ex codice hausta esse confido. Edidi in Monumentis sacr. ined. 1846. p. 37. — 50. (16, 20. *εις χαρα* vitiose typis exscriptum pro *εις χαραν*). Ibidem illustravi Prol. § 4. addito facsimili tab. III. nr. 5.

†Z codex Dublinensis collegii S. Trin. rescriptus: Insunt haec ev. Matthaei fragmenta, sexto fere saeculo scripta: 1, 17. — 2, 6. *ι ουν αι — τον ισραηλ* 2, 13. — 20. *και την μητερα — παιδ.* *και την* 4, 4. — 13. *ο δε αποκρ.* — *εις καμαραουμ* 5, 45. — 6, 15. *ουρανοις — αφ ητε τοις* 7, 16. *θων σταυλ* — 8, 6. *δεινως βιασιν*. 10, 40. — 11, 18. *λαντα με — μητε πιτω* 12, 43. — 13, 11. *οταν δε — της βασιλ.* 13, 57. — 14, 18. *δικιζοντο — και εκλελυ* 15, 13. — 23. *ο δε — οι μαθ.* 17, 9. — 17. *του ορους — αυτον ωδε* 17, 26. — 18, 6. *αργε — θαλασσης* 19, 4. — 12. *οτι ο — και εισ. ενν. οιτ.* 19, 21. — 28. *πωλησον — κρινοντες* 20, 7. — 21, 8. *λωγα μου — νηυον εν* 21, 23. — 45. *αυτω διδασκων — οι αρχιερ.* 22, 16. — 25. *αληθης — πρωτος* 22, 37. — 23, 3. *κυριον τον — λεγουσιν* 23, 13. — 23. *υμεις γαρ — γραμματεις* 24, 15. — 25. *λυγμα της — προειρ. υμιν* 25, 1. — 11. *των εξηλθον — ανοιξον η* 26, 21. — 29. *εξ υμων — μεθ υμων* 26, 62. — 71. *μαρτυρουσιν — αυτοις εκει*. Haec omnia sed locis haud paucis mutila splendide edidit Ioh. Barrett in Evangelio secundum Matthaeum ex codice rescripto collegii SS. Trin. iuxta Dublin. Dublinii 1801. Nuperrime vero S. P. Tregelles operam dedit, anno 1853, (cf. „an introduction etc. pag. 181.) ut lacunas libri Barrettiani novis circa codicem studiis expleret. Postquam igitur permissum ei esset ut ad restaurandas litteras chemica adhererentur, quicquid scripturarum superest legit. Quae ut in plenum litterarum usum converterentur novam fragmentorum omnium editionem dudum suscepit vir cl. Dr. Todd, collegii S. Trin. bibliothecarius. Quum autem nova editio quo tempore Matthaei evangelium retractabam, nondum prodisset — nescio an post prodierit — petii ab editore ut mihi de nonnullis locis gravioribus rescriberet quid esset in codice. Hoc ille benevolentissime fecit, ita ut passim plus Barretto dare possem; sed saepe eo ipso loco ubi lectio fluctuat codex de-

ficit. Nimirum in Barretti editione per partes textus quos cum lacunis edidit, nusquam satis apparet utrum deficiat codex an legi non potuerit. Ita 14, 12. in codice est *αυτουηραυ* et *και εθαβαν*: hinc neutro loco quae dubia sunt (*το πτωμα: το σωμα, αυτο: αυτον*) ex codice disci possunt. Item 7, 16. in codice est *σταφυλ*, nec igitur *σταφυλας* nec magis *σταφυλην* testatur. Praeterea vero ad supplementa adhibui quae Tregellius in primo editionis suae Novi Testamenti fasciculo evangelium Matthaei totum complectente indicavit.

††Γ: siglum hoc est codicis, quem nobis contigit in monasterio Orientali, quum secundum Aegyptum et terras quae circumiacent adissem, detegere detectumque in patriam afferre. Transiit autem ante triennium ex manibus meis ad bibliothecam Bodleianam Oxoniensem. In Anecdotis meis sacris et profanis p. 5. descriptionem eius dedi, quam paucis mutatis repetere placet: Codex est litteris uncialibus saeculi noni scriptus, versibus quavis pagina continuis foliorum 157 in 4^o maiori. Prae ceteris quoad habitum et scripturam similitudinem habet codicis Cyprii in bibl. Par. nr. 63. siglo κ ad evangelia notati. Continet evangelium Lucae integrum (extrema folia decem ex madore male affecta sunt, sed in meliorem statum redigi possunt et iam a me plene lecta sunt); item Marci evangelium, exceptis 3, 35—6, 20.; praetereaque haec evangelii Matthaei fragmenta: 6, 16—29. 7, 26—8, 27. 12, 18—14, 15. 20, 25—21, 19. 22, 25—23, 18. item evangelii Iohannis 6, 14—8, 3. 15, 24—19, 6. Pro indole textus admodum cognatus est codicibus nostris uncialibus secundi ordinis, i. e. εβζηκμστν; sed saepius his cum antiquioribus consentit codicibus nec raro lectiones plane proprias tuetur. Exempli causa videamus Lucae 8, 1—38. Hos per versus locis 13 plurimorum codd. uncialium confirmat auctoritatem; locis 17, ubi illi inter se differunt, quater decies cum α etc, bis cum c etc, semel cum κηκςυα facit; locis denique quindecim pro testium discrepantia inprimis idoneis ad ingenium codicis probandum, septies cum β facit perpaucis aliis accedentibus, semel cum eodem accedentibus pluribus; bis de uncialibus codd. ιχ et λκκμ solos habet comites, bis veteres tantum aliquot interpretes et semel insignes illos codd. 1. 131. (v. 29. ιησω); v. 8. pro *αρησθε* habet *δοξησθε* quem locum vide; denique v. 23. loco perquam gravi ipse solus omittit *ωσει*, ab aliis cum ως

permutatum. Etsi non dixerim ubique vel plerumque codicem tanta quanta hoc Lucae loco lectionis bonitate excellere, tamen nusquam inferiorem se praebet codicibus quos supra laudavimus. Etiam lectiones alibi nondum vel certe in paucissimis inventas testibus non paucas exscripsimus, quamquam illae quidem vix magna auctoritate valent. Facsimile quod vocant codicis exhibuimus in *Anecdotorum sacr. et prof.* tabula I. nr. IV.

†Δ codex Sangallensis Graecus Latinus interlinearis. Quattuor evangelia continet integra praeter Ioh 19, 17—35. *σραυγορ* usque *οιδεγ*. Hunc codicem tam affinem esse codici epistularum Boerneriano Dresdensi (epp. G), ut uterque eiusdem patriae et aetatis habendus sit, docte variisque modis probat codicis editor Rettig. Eiusdem tamen utrumque librarii esse haud pobabile fit; fuerunt potius qui hunc et qui illum scripsere eiusdem monasterii et ut ita dicam scholae socii. Ad argumenta quibus communem utriusque patriam iam Rettigius probavit in Prolegg., accessit nuper novum cuius primus mentionem fecit Tregellius: an introduction etc. p. 197. Varia enim additamenta Latina quae in utroque libro habentur, partim ad principium partim ad calcem posita, ab eodem homine profecta esse non dubium est. Sequitur inde, fuisse olim aut, quod equidem vix crediderim, utrumque codicem uno volumine coniunctum, ita ut quum separarentur etiam partes additamentorum distribuerentur, aut utrumque certe in eodem monasterio depositum ibique ab eodem homine docto suis auctum scripturis. Quum perquam probabile sit, utrumque codicem in ipso S. Galli monasterio et quidem a monachis Scotticis vel Hibernicis, quorum „catervas“ et „colonias“ in Germaniam atque Helvetiam aevo medio commigrasse constat, scriptum esse, facile fieri poterit ut alii etiam in thesauris eiusdem monasterii vel vicinorum codices inveniantur cum eiusdem scriptoris elaboratis. Ipsum Sangallensem codicem a pluribus scriptum esse satis docuit Rettigius: quae res nullam difficultatem habet atque ex aliis quoque codicibus cognita est. Nimirum ex pensis variis monachorum aliquot constat. Qua in re grave videri potest, quod Marci evangelium duos eosque a reliquis diversos scriptores habuit. Quum enim istud evangelium, quemadmodum codex Sangallensis praebet, prae reliquis eiusdem partibus rara textus praestantia excellat,

ponere licet nec ex eodem antiquiore exemplari transcriptum esse. Quod si minus, certum tamen est hunc evangelii Marci textum non ex eodem cum reliquis antiquiore fonte fluxisse.

Multis modis conspicuum fit omnes codicis scriptores multo magis Latinis quam Graecis aduetos fuisse litteris; quid quod non raro in mediis vocibus Graecis puras Latinas litterarum formas adhibuerunt ac passim ineptis vitiiis Graeci textus ignaros se probaverunt. Ipse Latinus textus perparvi momenti est; nec Italam nec Vulgatam rationem sequitur; videtur Vulgatum textum fundamenti loco habuisse praeterea ad ipsum Graecum non ita scite exactus esse. (Simile quid in Boerneriano epistularum codice accidit, nisi quod ibi omnis ratio ab Itala proficiscitur.) Editio codicis Rettigiana, quae prodit Turici 1836, hunc titulum habet: Antiquissimus quatuor evangeliorum canonicorum codex Sangallensis Graeco-Latinus interlinearis nunquam adhuc collatus. Ad similitudinem ipsius libri manu scripti accuratissime delineandum et lapidibus exprimendum curavit H. Ch. Mich. Rettig. Cuius operis quanta sit praestantia, facile quisque videt; ipse nuper collato passim codice plane perspexi. Saeculo adscribendus est p. Chr. nono.

††Θ codex Tischendorffianus I. bibliothecae universitatis Lipsiensis. Ex itinere orientali a. 1845. in patriam attuli. Transiit post cum aliis multis in bibliothecam universitatis Lipsiensis, meo insignitus nomine. Folia sunt quattuor, quorum tertium fere periit. Membrana admodum subtilis est, folium nullum ab omni parte salvum; potiores marginum partes a tineis exesae sunt, reliquae tam sunt fragiles ut ex tactu solo male afficiantur. Hinc conservandi cura factum est ut singula folia ab utraque parte vitro includerentur. Scriptura elegans est sed ab omni artificio aliena. Similitudo eius cum vetustissimorum scriptura codicum minuitur oblonga forma litterarum ε ο σ ϑ, item eo quod paullum ad dexteram inclinat. Contra δ littera, in re palaeographica gravis, morem antiquissimum sequitur, atque litterae ϑ linea media (cf. ad haec omnia specimina codicum supra allata) nondum excedit litterae corpus, ut inde a VII. fere saeculo fieri solet. Interpunctionis ratio ea est ut punctum vel ad caput vel ad medium vel ad pedem litterae praecedentis adponatur; alibi vero duo, alibi tria puncta ponantur: quae quidem omnia diversum sensum ac potesta-

tem habent. Accentus desunt a prima manu, sed passim adpicti sunt a duobus diversis correctoribus. Spiritus aliquot ipsa prima manus posuit. In margine Ammonianae sectiones cum canonibus Eusebii notatae. Textum, quamvis pauca graviora contineat, tamen prope ad Alexandrinam classem accedere aliquot exemplis probatur. Continent autem folia omnia quattuor evangelii Matthaei fragmenta haec: 14, 8. — 29. *πιστου· και — ο δε ειπεν ελ* (18, 46. — 55. fere tota deperdita) 15, 4. — 14. *λεγων τιμα — αμφοτε*. Edidi in Monumentis sacr. ined. p. 1. — 10.; commentatus sum ibidem Prol. § 2. addito facsimili tab. I. nr. 1. Ad finem commentationis scripta sunt: Aetatem autem atque patriam codicis quod attinet, a monacho Graeco sive Aegypti inferioris sive Sinai montis saeculo fere exeunte septimo exaratus esse videtur. Qua de re nec nunc aliter sentio.

††A¹): hoc siglo rursus codex designatur a nobis in oriente detectus, in Europam allatus atque ex nostro nuper Oxoniensis i. e. bibliothecae Bodleianae factus. Scriptus est uncialibus litteris octavi ut videtur saeculi; quavis pagina textum duabus columnis distinctum habet. Foliorum numerum parem prorsus habet cum codice Γ. Evangelia Lucae et Iohannis continet integra, praemissis capitulorum indicibus. Ad eorundem classem codicum cum codice r pertinet i. e. codicum ΕΓΘΗΚΜΣΥΝ; sed non tantum prae his omnibus ad antiquissimorum codicum textum accedit, verum etiam passim magna lectionis singularitate conspicuus est. Exempli caussa Ioh. 5, 1—36. quinque plenam codicum uncialium auctoritatem confirmat; locis 17, ubi eorundem dissensio est, 13 cum Α etc, bis cum Β etc, semel cum C etc, semel cum uncialibus pluribus facit; 14 locis lectiones ad ingenium codicis probandum inprimis aptas habet: ibi quater de uncialibus cdd. solum D socium habet, semel de iisdem solum Α, item bis solos ΕΜ, bis C*LD et C*LGK,

¹) Quae anno 1849. hoc siglo insigniveram fragmenta duo, alterum Mt 20, 8 — 15. *πρωτον usque εμοις*, alterum Lc 1, 14 — 20. *αγαλλιασις usque δυναμις*, animadversa a me in tegumento codicis Arabici in monasterio S. Catharinae ad montem Sinaiticum, postque in annalibus Vindobon. edita (cf. 1846 Anzeigebblatt für Wissenschaft und Kunst CXIV. p. 53 sqq.), ea quum a tegumento libri Arabici soluta essent ex evangelistario saeculi fere noni desumpta esse intellexi, eo potissimum quod altera pagina Matthaei altera Lucae textum referret.

semel (v. 14.) socios non habet nisi *r* et Coptum. Versu 36. confirmat codicum Δ ΒΕΣΚ lectionem *μειζων* pro *μειζω*; v. 18. nullo socio *ελυθεν* et paucis comitibus *ἀλλ' ὄτι* habet. Denique versu 1. pro vulgata lectione [*η*] *εορτη των ιουδαιων* lectionem maxime notabilem omnium solus habet: *η εορτη των αζυμων*. Idem codicis ingenium probatur Luc 3, 19—36. Inprimis vero grave est quod hic codex eandem originem prodit atque cod. Par. 58. (Scholzii 262.) cuius maximas laudes perscripsit Scholzius in *Biblich-Kritische Reise* etc pag. 11 sqq. („Eine der interessantesten Handschriften, die ich untersucht habe, ist unstreitig etc.) Quo cum noster codex duobus fere saeculis antiquior sit, maiorem etiam lectionis puritatem prae se fert. Consentiant autem saepe in lectionibus haud vulgaribus, quemadmodum Ioh 1, 26. *βηθεβαθα* cum 346. soli vero 4, 31. *παρεκαλου*, Lc. 6, 33. *αυτο* et 37. *κατωδικάσητε* habent; item accedente uno 21, 21. verba *και οι εν μεσω αυτ. εχθ.* omittit. Operae pretium erit iteratis curis codicem Parisiensem conferre; a quo paucis aliquot locis dissentientem codicem Δ vereor ut ipse recte excerpserim. Praeterea in nostro codice scholia inveniuntur, pleraque et ipsa uncialibus litteris adscripta, quorum nonnulla ad rem criticam faciunt, cf ad Ioh 8, 1. Delineandam codicis scripturam curavimus in *Anecdotorum sacr. et prof. tabula I. nr. III.*

B. AD ACTUS APP.

†A vide Evv. Integer est. Saec. V^b.

†B vide Evv. Integer est. Saec. IV.

††C vide Evv. Saec. V^a. Supersunt fragmenta haec: 1, 2.—4, 3. *πνευματος* usque *εις την* 5, 35. — 10, 42. *ειπεν δε* usque *και νεκρων* 13, 1. — 16, 36. *ος ματαην* usque *εν ειρηνη* 20, 10. — 21, 30. *λων αυτου* usque *αι θυραι* 22, 21. — 23, 18. *και ειπεν* usque *προς τον χιλιαρ* 24, 15. — 26, 19. *ποδα εχων* usque *απειθης τη* 27, 16. — 28, 4. *φης ην κραντες* usque *ουκ εισεν.*¹⁾

¹⁾ Errorum plena sunt quae de vitiiis codicis c in actis app. nuper protulit Bornemann, *Grossenh.* 1848. p. XXIII. Confudit enim pessime quae ab ipsius scribae errore profecta sunt et quae perperam impressa (notata a me in prolegg. fragm. V. T. e cod. Ephr. et alibi; praetereaque vide supra); plures errores ipse suo Marte finxit, ut 15, 33. 8, 31.; commisit manus diversissimas primam et tertiam; denique mala fide docuit erroribus scribendi imminui auctoritatem

†D vide Evv. Saec. VI. med. Deficit 8, 29. — 10, 14. *προσελθε* usque *εραγον* 21, 2—10. *επιβαντ.* usque *ιουδαιας* 21, 16. — 18. *ιεροσολ.* usque *παντ. δε* (sed ex his versibus nonnihil refulit Wetstenius; huius igitur tempore ista lacuna nondum fuisse videtur) 22, 10 — 20. *ων τετακται* usque *συνευδοκων* 22, 29. *οι μελλοντες* usque finem libri. Ceterum folio ultimo verso reliquiae textus epistularum catholicarum habentur quas olim codex integer una comprehendisse iudicandus est. In superiore margine est „epist iohannis.“ Ipsius vero textus columna incipit his: „qui male facit non vidit dñm“; a quibus pergit versibus duodecim usque finem tertiae epist. Ioh. Tum subscripta sunt haec: „epistulae“ (sic) „iohanis III. explicit incipit actus apostolorum.“

†E codex Laudianus Graecus Latius (Latinis ad sinistram, Graecis ad dextram positis) in bibl. Bodleiana Oxoniensi. In Sardinia olim librum fuisse, testantur quaedam ad calcem libri posteriore quadam manu adscripta: *φλαβιος* (*φλ^ο* sic per compendium scribitur, ut etiam in sqq. *θεω* et *επαρχων*) *πανκρατιος συν θεω απο επαρχων δουξ σαρδινιας δηλα ποιω τα υποτεταγμενα* etc. (Duces in Sardinia primum constituit Iustinianus imperator anno 534.) Utrum in Sardinia scriptus an aliunde hanc in insulam perlatus sit, non satis constat. E Sardinia vero in Angliam pervenit et quidem iam ante med. saec. octavum. Vix enim dubium est quin iam Beda Venerabilis (obiit 735.) eodem codice usus sit in retractanda expositione sua in actus app. (Beda apud nos, quamvis Beda Latina tantum ex Graecis versa adscripserit atque revera a versione codicis magis quam a Graeco eius textu pependisse videatur.) Seculo decimo septimo ad libros pertinebat Guilielmi Laude archiepiscopi Cantuariensis et cancellar. univ. Oxon., a quo in bibliothecam Bodleianam transiit. Codex scriptus est utraque columna (Latina et Graeca) stichometricè, saeculo ut puto

codicis c, quum bene nosset in suo „praestantissimo“ d errorum eiusmodi plus esse quam in nullo codice alio. Ceterum praeter eas quae in editione fragmentorum Vet. Test. ex eodem codice Ephraemi a. 1845. itemque in Prolegg. editionis N. T. 1849. indicavi, prae reliquis haec notari velim: Ioh 13, 26. codex habet *ψωμιον* non *ψωμον* 184, 23 lege *Ιδον* 206, 8. *παρισιδισαν* Iac. 3, 6. *τον τροχον* 243, 23. *τω γιγροτι*.

sexto exeunte. (Wetstenius malebat saec. VII. Hearne anno 1715, „annorum plus minus mille“ dixit.) Hiat 26, 29—28, 26. post verba *ο δε παυλος* usque dum sequitur *πορευθητι*. Lectio- num peculiaritate ac bonitate admodum insignis est. Esse eum ex iis odd. quos Latinizantes dixit Wetstenius aliique, facile intellegitur. Quo id iure fecerit, demonstrandum erit retractanda universa quaestione de Latinizantibus quos esse voluerunt codicibus. In conficiendo commentario non tantum semper rarissimam Thomae Hearnii editionem (Oxonii 1715.) ad manus habebam, sed etiam brevi ante totam recognoveram ad ipsum codicem Oxoniensem, unde non paucis eam vitiiis laborare intellexi. Hinc non comparent in nostro comm. ut apud Lachmannum *αντιοχεια* et *προουξαμενοι* (cap. 6.), *κατοι- κεται* et *μουσης* (cap. 7.), *ευηγγελιζητο* (cap. 8.) *ημιμ* (10, 41.), *καδιμενην* (cap. 11.) etc: haec enim omnia vitiose edidit Hear- nius. Correctiorem vero totius codicis editionem iam cura- vimus orbi litterarum adnuntiandam Prospectu qui modo exiit Monumentor. sacrorum, ad quae appendicis loco codex Lan- dianus addetur.

††F^a vide Eyy. Saec. VII. ineunt. Praeter 9, 23. 24. quae omnino sola Wetstenius viderat, inveni in actis 4, 33. 34. 10, 13. 15. 22, 22.

††G^aL (propositum erat hunc codicem siglo L insignire ut ad † epp. Paul. ita etiam ad act. et ad epp. cath. Per incuriam igitur accidit ut ad act. et epp. cath. retineretur siglum G quo iam ante usi eramus.) codex bibliothecae Angelicae (monacho- rum ordinis S. Augustini Romae) A 2. 15. antea cardinalis Passionei. Incipit 8, 10. *μης του θεου*. Praeter actorum textum etiam epistulas et catholicas et Paulinas continet. Selectis locis iam a Blanchino et Birchio collatum contulit „integrum“ Scholz anno 1820. („vere integrum“ etiam F. F. Fleck anno 1833., ut certe in codice notatum est.) Ipse contuli diligen- tissime aestate anni 1843. quo factum est ut multa a Scholzio praetermissa notarem, alia ab eodem male notata corrigere. Rursus nuper Lipsiae nostra cum suis contulit Tregelles. Non potest scriptus esse ante med. saec. IX. (Blanchino septimi vel octavi esse videbatur.)

††H codex Mutinensis 196. saeculi noni. Incipit 5, 28. *και θου- λισθαι*. Rursus desunt 9, 39. — 10, 19. *αι χηραι* — *ιδου* 13, 36. — 14, 3. *ιδια* — *τερατα*. Praeterea 27, 4. *κακειθεν* usque finem

actorum supplevit litteris uncialibus manus saeculi fere XI. Reliqua quoque quae desiderantur suppleta sunt sed manu sat recenti XV. vel XVI. saeculi. Post imperfectissimam Scholzii collationem, licet ipse dicat: „Integre collatus in usum huius editionis“, fragmenta antiqua omnia accurate contuli auctumno a. 1843. Praeterea anno 1850. Lipsiae sua exegit ad nostra S. P. Tregelles. Ad epp. cath. passim est h i. e. κ minusc. e Sz.

††I codex bibl. Imp. Petropolitanae, idem quem ad evv. accuratius descripsimus. Pertinent ad actus app. folia quattuor tribus diversis manibus scripta. Folium quo continetur Act. 28, 8—17. quinti saeculi esse diximus, duo alia quibus legitur Act. 2, 6—17. 26, 7—19. septimi, atque eiusdem folium quartum in quo est Act. 13, 39—46.

C. AD EPISTULAS CATHOLICAS.

†A vide Evv. Nihil deest. Saec. V^b.

†B vide Evv. Nihil deest. Saec. IV.

††C vide Evv. Saec. V^a. Desiderantur Iac. 4, 2. — 1. Pe 1, 2. *οὐκ ἔχετε* usque *πνεύματος* 1 Pe 4, 6. — 2 Pe 1, 1. *εἰς τούτο* usque *σωτήρος ἰησ. χρ.* 1 Ioh 4, 2. — 3 Ioh. 3. *ἐστίν* usque *η ψυχῆ* Iud. 1 — 2. *ιουδαῖς* usque *πληθυνθεῖη.*

††G-L (ut iam notatum est, per errorem retinimus a pro L)

† codex Angelicus A 2. 15. Idem qui actorum textum continet. Nihil deest. Saec. IX.

K codex Mosquensis S. Synodi Nr. XCVIII. ex monasterio S. Dionysii in monte Atho. Matthaeio dicitur codex g, Scholzio cod. 102. Epistulas catholicas continet integras, adiuncta catena patrum. Eodem siglo ad epp. Pauli quas una cum catholicis continet insignitur; Scholzio vero dicitur numero 117. In editione nostra a. 1849. ad epp. cath. siglum ι habet, κ vero ad epp. Paul. Chr. Fr. Matthaei contulit eumque sequitur commentarius noster. Idem Matthaeius descripsit in epp. Pauli ad Rom. Tit. et Philemonem Rigae 1782. p. 265 sqq. facsimili praemisso editioni VII epistularum catholicarum Rigae 1782. Noni videtur esse saeculi.

D. AD EPISTULAS PAULI.

†A vide Evv. Saec. V^b. Deficit 2 Co. 4, 13. — 12, 6. *ἐπιστεῦσα — ἐξ ἐμου.*

†B vide Evv. Saec. IV. Desunt Heb. 9, 14. *ρειε την συνειδησιν* usque finem, quae supplevit manus multo recentior, siglo b a me aliquoties notata. Mico enim Italus, collator codicis ex Bentleii mandato, etiam supplementum istud contulit. Praeterea desunt epistolae IV integrae: utraque ad Timotheum, ad Titum, ad Philemonem.

††C vide Evv. Saec. V^a. Perierunt Ro. 2, 5. — 3, 21. *κατα δε την — υπο του νομου* 9, 6. — 10, 15. *ουχ οιον — εαν* 11, 31. — 13, 10. *θησαν τω — πληρωμα* 1 Co. 7, 18. — 9, 6. *εν ακροβυστια — του μη ερ* 13, 8. — 15, 40. *πανσονται — αλλα ετερα* 2 Co. 10, 8. — Gal. 1, 20. *ουκ αισχυνθησομαι — ου ψευδομαι* Eph. 1, 1. — 2, 18. *παυλος — προσαγωγην* 4, 17. — Phil. 1, 22. *τουτο ουν — και τι αι* 3, 5. *μιν εβραιος* usque finem 1 Thess. 2, 9. — 2 Thess. 3, 18. *μνημονευετε — αμην* Heb. 1, 1. — 2, 4. *πολυμερως — πνευμ. αγιου* 7, 26. — 9, 15. *αμικαντος — μεσιτης* 10, 24. — 12, 15. *πησ και καλων — μιανθ. πολλοι* 1 Tim. 1, 1. — 3, 9. *παυλος — το μυστη* 5, 20. — 6, 21. *τους αμαρτανοντας — μετα σου.*

††D codex Claromontanus, Reg. Imp. Paris. Nr. 107., Graecus Latinus. Claromontanum dixit Beza possessor anno 1582. Wetatenius e probabili coniectura mavult Lugdunensem vel Cluniacensem dici. Cf. editionis meae Prolegg. p. XXVII sq. A Theod. Beza transiit ad Claudium Puteanum; a fratribus Puteanis (in ipso codice est: „codex του μακαρίτου Puteani“) legatus est bibliothecae Regiae iam Imperiali, ubi etiamnum, restitutis dudum quae anno 1707. Ioh. Aymont abstulerat foliis 35, integer servatur. Scriptus est in tenuissimis ac laevissimis membranis antiquo et eleganti litterarum uncialium genere, stichometrice. Inter epistolam ad Philemonem et epist. ad Hebraeos positi sunt „versus scripturarum sanctarum.“ Quo in indice post libros Vet. Test. recensentur Novi Test. libri hunc in ordinem et modum: Mt, Ioh, Mc, Lc, epp. Pauli, ad Rom, ad Chorintios I, II, ad Galatas, ad Efesios, ad Timotheum I, II, ad Titum, ad Colosenses, ad Filimonem, ad (sic) Petrum I, II, Iacobi, prima Iohanni epistula, II, III, Iudae epistula, Barnabae epist., Iohannis revelatio, actus app., pastor, actus Pauli, revelatio Petri. Iste index, quem non ad librorum venditorem referendum esse puto, etsi nonnihil per errorem excidisse videtur, antiquissimorum temporum monumentum esse videtur. Textus quem saeculo sexto medio vel etiam in-

eunte scriptum existimo (cf. editionis nostrae Prolegg. pag. XIV sqq.) postea plures invenit correctores, quos quum perdifficile esset recte distinguere, omni studio pertractavi. Quae de re accurate disputavi in Prolegg. sectione IV. pag. XIX usque XXV. cuius ad finem ita singula comprehensa sunt: D^b: is supplevit folium sextum: Rom 1, 27—30. (de quo infra dicetur) saeculo exeunte sexto? D^{**}: Graecus septimi fere saeculi. Totius codicis textum Graecum recensuit. D^{**b} idemque in Latinis d^{**} dictus: paucos correxit locos utriusque textus. D^{**c}: perpaucas in Graecis mutavit. D^{***}: Graecus noni fere saeculi ineuntis textum Graecum per omnes codicis partes diligenter recensuit, etiam spiritus et accentus ubique addidit. D^c: is est qui duobus foliis rescriptis supplevit Graece 1 Cor 14, 13—22. D^{***b}: paucissima attigit eaque parum apte. D[∴]: idemque in Latinis d^{**d}: aliquot locos et Graece et Latine correxit. d^{**d}: corrector is est qui Latinas subscriptiones suis additamentis auxit. d^{***}: homo Latinus qui totum epistolae ad Rom. textum Latinum eumque solum recensuit. D^{nov}: erat is fortasse ex monachis monasterii eius unde codex in manus Theod. Bezae pervenit. Passim notandae lectioni primae operam dedit; item ni fallor capita Hugonis cardinalis adscripsit. Sunt ex his omnibus gravissimi inque primis ad nostrum apparatus pertinent: D^{**} et D^{***}, tertio loco D[∴].

Hunc codicem, cuius gravitas in antiquissima textus Pauli indaganda ratione tanta est, adsentiente etiam Carolo Lachmanno, ut vix ullus gravior sit, postquam Wetstenius „bis et quantum potuit accuratissimo“ contulisset, quo quidem labore ut egregie de re critica promeruit, ita nondum pervenit aut perduxit ad perfectiorem codicis cognitionem, ipse nulli operae peperci ut quam emendatissime describerem indeque ederem. Prodiit editio mea exeunte anno 1851. (in titulo est ex more bibliopolarum 1852.) Circa quam quae meae curae fuerint, perscriptum est Prolegomenorum sectione VII. Inde pauca excerpere placet. „Quum auctumno a. 1840. Parisios venissem, omni cunctatione abiecta id egi ut codicis D textum et Graecum et Latinum quingentis triginta tribus, i. e. totidem quot ipse codex habet, foliis totum ad verbum transcriberem. Erat haec laboris prima pars; altera in eo consistebat ut mea manu scripta ad codicem recognoscerem, lectu difficiliora certius eruerem, inprimis locos a variis correcto-

ribus tractatos subtilius perscrutarer. Quam alteram partem quum absolvissem, ut confidebam antiquissimam scripturam in apographo meo ubique fideliter redditam esse, ita didiceram correctorum rationes, quas adieram duce Griesbachio (cf. Symb. crit. II, 31—77.), ad definiendum difficillimas necdum penitus a me aut Griesbachio perspectas esse. Sed urgentibus tum laboribus circa codicem Ephraemi Syri rescriptum, demum anno fere post retractavi Claromontanum codicem totum: qua re factum est ut de multis locis ex emendationum varietate implicitis multo confidentius statuere possem. Mitto quae spectant frustra propositam curatoribus clar. academiae Oxoniensis editionem. Postquam enim Car. Lachmannus in Stud. et Crit. Heidelb. p. 832. anno 1830. testatus esset, editurum codicem Ephraemi et codicem Claromontanum immortali merito de re Novi Test. critica auctum iri, rursusque in Prolegg. editionis evangeliorum maioris pag. XXIII. a. 1842. conquestus esset: Parisiis per hos proximos centum annos nemo inventus est qui tanto thesauro promendo ecclesiae Christianae bene faceret: ipse omnem lapidem movendum duxi ut quam primum tantum thesaurum utrumque litteris Christianis traderem. Sed quod apud clarissimos Oxonienses ¹⁾ a. 1841. non contigerat, decennio fere post contigit Lipsiae. „Sed antequam curam edendi Claromontani codicis recipere contigit, apographo meo usus sum in paranda editione N. T. altera Lipsiensi. Quo ex labore quum intellexissem quartam totius codicis retractationem egregie valituram esse ad correctorum lectiones ex apographo meo recte edendas, potissimum ad lectiones correctorum primi (D**) et secundi (D***) distinguendas, hieme anni 1849. Parisios repetii et quartum institui totius codicis examen, unde exemplum meum quibuscumque locis opus erat emendatum est. Iam vero ex eo ad edendum paratissimus eram.“ Confido autem in ipso edendi

¹⁾ Asservatur Oxonii exemplar codicis Claromontani manu Sarravii anno 1648. factum. Quo ne quis posthac in errorem ducatur, notandum duce, exemplar illud Oxoniense ad repraesentandum Parisiense tantum non inutile esse. Satis enim habuit Sarravius scripturam exhibere a tot correctoribus profectam, veterrima non expressa nisi quando planissima esset. In ipso vero Parisiensi codice pagina nulla est quin correctorem sit experta; nec raro fit ut quid prima legerit manus lectu difficile sit.

negotio tantam a me curam adhibitam esse ut nihil non recte typis excrimeretur. Identidem accidit vel ubi de vitiosa codicis scriptura dubitabam vel ubi Wetstenium aut Sabatarium a me discrepare videbam, ut fidem apographi mei, quamvis toties recognovissem, suspectam haberem. Sed quaecumque dubia erant, ex officio duorum amicorum Parisiensium benevolentissimorum (Car. Hase et Frid. Duebner) denuo ad ipsum codicem exigebantur. Praeterea iam antea lectiones codicis D in nupera ed. mea N. T. allatas doctiss. Tregellius cum ipso cod. contulerat. Sed in ea ed. nondum ubique posteriores manus indicatae sunt, eaque iam absoluta demum quartum codicis examen institui. Nihilominus uno ille loco articulum a correctore obelis notatum animadvertit ubi obelos ego non notaveram; altero vero loco aliquid assecutus sibi videbatur quod errorem mihi videri significavi in appendice. Huius autem conficiendi quantus labor fuerit, ex numero lectionum quae ibi tractantur iudicari poterit. Iste numerus tria millia longe excedit.)* Continet epistulas Pauli omnes, exceptis paucis versibus Ro. 1, 1 — 7. *παυλος — κρηνητος θεου*. Praeterea Rom 1, 27—30. *εξικαυθησαν* usque *επιφουρας κακων* (in Latinis vero 1, 24—27. *propter quod et usque usu feminae*) suppleta sunt saeculo fere sexto exeunte, item postea etiam alia antiqua manu Graece suppleta sunt 1 Co. 14, 13—22. *διο ο λαλων usque σημειον εισιν*.

E Sangermanensis, ex incendio abbatiae S. Germani (in suburbio Parisino) ante hos quadraginta fere annos Petropolitanus

*) Ut autem totus in me edendi commentandique labor cecidit, ita plenam omnium quae dedi fidem in me recepi rursusque recipio. Incredibili fingendi modo circa haec Tregellius usus est, quasi ipse ad tantum huius appendicis laborem valisset. Notat in libro suo: an introduction etc. pag. 192. To this it may be sufficiently answered, that, though difficult, it is quite possible; and that Tischendorf and Tregelles in their separate examinations of the several thousands of corrections and erasures, differed in hardly a single case respecting the original reading, even though as to the later changes (in so vast a number) they varied several times in judgment. At ego plane ignoro utrum ille an mille lectiones Graecas—Latinum textum quod sciam prorsus non attigit — in libris suis ex ipso cod. enotaverit. Non tam pauper ego laborum sum ut alienis gaudeam arreptis; nec vero aequum videtur invidiosae cedere arrogantiae quae ipse indefessis studiis adsecutus sum. Vide supra pag. CXX sqq.

factus, nil est nisi codicis Claromontani identidem iam correcti apographum idque satis vitiosum (cf inprimis monstra scripturae codicis κ ex conflatis lectionibus duarum vel trium manuum codicis ν orta, ut *δικαιωσιν* Ro. 4, 25, ortum inde quod D^{**} pro ν in *δικαλωσιν*, qui accentus correcti D^{***} debetur, notavit *νην*, accentu quidem non mutato ita, ut revera legendum videatur *δικαλωσινην*; item ibidem 15, 29. *πληρώματα*: quum enim pro *πληροφωρία* correctores codicis Claromontani dedissent *πληρώματα*, ineptus scriba cum nova lectione retinuit syllabas duas primae lectionis; item *μετὰ ταυτετα τοις δάενδεκα* 1 Cor. 15, 5. ex prima lectione *μετα ταυτα τοις ενδεκα* et altera *ετα τοις δωδεκα* confusis ortum; item *νιδιζομενοθεατριζομενοι* Heb. 10, 33.: priorem enim lectionem *ονιδιζομενοι* corrector codicis ν ita mutaverat ut litteris prima et extrema obelo transfixis adscriberet *θεατριζομενοι*), ut iam ante me viderunt proferantque Sabatarius, Wetstenius, Griesbachius (cf. Symbb. crit. II, 77.—85.) aliique. Quae contra disputantur ab Ed. de Muralto in catalogo cdd. bibl. Imp. publ. Gr. et Lat. (Petrop. 1840.) nullius pretii sunt. De aetate codicis difficilis quaestio est; poterat enim facile quis sive hoc sive illo saeculo imitando antiquo litterarum generi studere. Hinc de octavo (quod falsissimum videtur), de decimo, de undecimo, de decimo quinto saeculo cogitarunt. Lectiones codicis κ inprimis e Wetstenio sumpsimus; quae enim aliter nuper exhibuit Ed. de Muralt in commentario vitiiis scatente, magna cum cautione adhibenda erant. Saepe igitur vera lectio huius codicis, quae quidem gravitatem plane nullam habet, nobis mansit dubia: modo enim ille tertium modo primam manum codicis ν sequitur, modo varias eius lectiones confundit, modo suo Marte errat. De Latino textu (e) vide infra; ille quidem passim mutatus est invito Claromontano. Ceterum hiat Rom. 8, 21. — 33. *του θεου — κατα* 11, 15. — 25. *ει γαρ — πληρωμα* 1 Tim. 1, 1. — 6, 15. *παυλος — και μ.* Heb. 12, 8. *παντες* usque finem.

††F codex Graecus Latinus, Augiensis a monasterio Augiae
 † Maioris in Helvetia dictus, anno 1718. postquam dudum in manus privatorum hominum transisset, emptus Richardo Bentleio, a quo quum ad fratris filium et ipsum nomine avunculi Richardi dictum transisset, anno 1786. collegio S. Trinitatis quod Cantabrigiae floret legatus est. Hoc de codice qui

olim exposuerunt, Wetstenius, Semlerus, Michaelis, Herb. Marsh, Hugius, ii omnes magnum in modum errarunt; quippe enim pendebant omnes a Wetstenio, qui solus viderat (anno 1717. Heidelbergae apud Lud. Chr. Mieg.) sed praeter morem negligentissime contulerat. Id quod eo magis dolendum erat quoniam quae ratio quae affinitas inter cdd. Augiensem Cantabrigiensem et Boernerianum Dresdensem esset, quae quidem quaestio viros criticos diu et vehementer exercuit, sciri non poterat nisi accurate collato utroque textu. Propterea anno 1842. adii Cantabrigiam ut accuratum codicis examen instituerem. Institui in celebri S. Trin. collegio eximia cum liberalitate exceptus. Perlustrans autem ipsum codicem una perlustravi collationem Richardi Bentleii manu factam, qua quum imperfectissima Wetstenii collatio dudum magnopere emendari posset, tamen nondum quisquam ante nos usus est.*)

Sed antequam de lectionibus in nostrum usum conversis referam, breviter dicam quae ratio Augiensem inter et Boernerianum intercedat. Est inter utrumque non tantum lectionis sed ipsius scripturae tanta similitudo, ut dubitari nequeat quin Graecus utriusque textus ex eodem exemplari fluxerit. Eminent in his ea quae a legibus Graeca scribendi abhorrent vel etiam singulari aliquo vitio laborant, ut *εκδημος* pro *εκδηλος*, *εκ το* pro *εις το*, *αστιζομενος* pro *λογιζομενος***). Haec quam ad probandam communem originem vim habent, non amittunt locis iis quibus scribendi vitia in altero sunt, in altero non sunt, nec magis diversis lectionibus aliquot notabilioribus (ut *ουκ ευρισκω* et *ουχ ευρισκω*, *κραζομεν* et *κραζομεν*, *αλλα ου* et *αλλ ου*, *ιν χν* et *χν ιν*), quibus uter antiquiorem scripturam expresserit

*) Non opus est ut accuratorem talis collatoris praedicemus. Tamen sunt etiam nonnulla quae aciem Bentleii fugerunt. Ita non animadvertit Rom 9, 15. *μωυσει* pro *μωυση*, nec 10, 15. quod *των* ante *ειπαγγελιζομενων* deest, nec 13, 12. *αποβαλομεθα* pro *αποθωμεθα* nec 15, 16. quod deest *ευπροσδεκτος*, nec 15, 22. *εικαπην* pro *εικοπητην*, nec 15, 33. *ητω* additum, nec 16, 8. quod deest *μου*. Item 1 Cor 10, 7. praetermisit *πειν* pro *πειν*, 15, 28. non vidit post *τοτε* deesse *και*, nec Gal 4, 19. *τεκνα* pro *τεκνια* notavit. Per errorem vero Rom 9, 31. *εφθαχεν* notavit pro *εφθοχεν* 1 Cor 11, 22. *πειν* pro *πειν* 2 Cor 1, 10. *και ετι ρηται* pro *και οτι ρηται*.

***) Exempla multa composuimus in Anecdotis sac. et prof. pag. 210.

plerumque dubitari potest. Accedit vero ad maximam inter utrumque similitudinem, quod quattuor textus Graeci lacunae in utroque eadem sunt: 1 Cor. 3, 8—16. ο φυτευων usque του θεου 6, 7—14. ηδη μεν usque δυναμ. αυτου Col. 2, 1—8. και οσοι usque στοιχεια του Philem. 21. πεποιθως usque finem. Quinta est lacuna inter versum 4. et 5. capitis secundi ep. 2. ad Tim. ubi multo plus spatii in Augiensi quam in Boerneriano relictum est. Etiam in utroque Graece deest ad Hebraeos epistula. Contra post Rom. 14, 23. in ο vacuum spatium est, non item in F, nec magis F post epist. ad Philem. titulum epistulae ad Laodicenses cum ο communem habet. Denique notas in margine scriptas codex ο proprias habet.

Atque haec quidem omnia de Graeco utriusque codicis textu. Latinus vero non modo eo differt quod in Boerneriano inter lineas scriptus est, in Augiensi alteram cuiusvis paginae columnam efficit, sed ipsius rationis magnum discrimen est, anno 1849. non satis recte a me indicatum, dicente in ο Italiam, in F veterem vulgatam inesse. Nimirum multo quidem plura in F cum interpretatione Hieronymi, quemadmodum ex antiquissimis cdd. prodit, conveniunt quam in ο; sed alia haud pauca ab Hieronymo discedunt, eaque vel cum Boernerianis lectionibus, maxime iis quibus signum t praefixum est conspirant, vel certe prope ad eas accedunt, vel denique soli F propria esse videntur. A qua ratione satis singulari illa quidem, si affinitatem excipis qua F codex per Latinum quoque textum cum ο sine dubio coniunctus est, nec ad Hebr. epistula prorsus abhorret, quamvis multo magis ad ipsum textum Vulgatum accedat. Dubium autem non est quin codicibus F et ο eadem et patria et aetas sit tribuenda. Utramque rursus communem cum Sangallensi evangeliorum codice habent. Videntur igitur in coenobio Helvetico nono fere saeculo scripti esse. Incipit codex F Rom 3, 19. *μω · λεγει ινα · παν · στομα · dicat · ut omne os.*

Sed nondum diximus in lectionibus utriusque textus codicis F singulare nobis commodum contigisse. Quum enim anno 1849. quae ipse ex codice anno 1842. excerpseram, ea sola ad apparatus adhibere licuisset, hoc ipso anno vir clarissimus Frid. Henr. Scrivener, a Cantabrigiensi S. Trin. collegio, quem editionem ipsius codicis: suscepturum iam anno 1855. in

Aneodotis significaveram^{*)}, transmisit mihi singulas plagulas textus codicis modo typis exscripti, quibus si quid a me olim praetermissum aut erratum esset, id omne corrigerem. Debeo igitur magnas viro clarissimo gratias pro tanta in me benevolentia, qua factum esse spero ut codex *r* quam rectissime in apparatu nostro repraesentaretur.

††F^a v. Evv. Saec. VII.^a Fragmenta epp. haec habet: 1 Co. 7, 39. 11, 29. 2 Co. 3, 13. 9, 7. 11, 33. Gal. 4, 21. 22. Col. 2, 16. 17. Heb. 10, 26.

†G codex Graecus Latinus Boernerianus (saeculo XVII. erat Pauli Iunii Leidensis), nunc bibl. Regiae Dresdensis, rarum ac grave litterarum sacrarum monumentum. Quum plurima ad hunc codicem spectent quae modo de codice *r* et supra de codice evangeliorum *a* notavimus h. l. brevis esse potero. Videtur igitur hic quoque codex a monacho Hiberno vel Scottico in Helvetia saeculo fere nono scriptus esse. Praeter lacunas quas cum cod. *r* communes habet (1 Co 3, 8. — 16. 6, 7 — 14. Col 2, 1 — 8. Philem 21. usque fin. Item deest ep. ad Heb.), hiat Rom. 1, 1 — 5. *αφωρισμενος* — *πιστεως* 2, 16 — 25. *τα κρυπτα νομου ης*. Totum textum Graecum cum interlineari versione Latina veteri typis exscribendum curavit Chr. Fr. Matthaei. Misenaë 1791. Quam editionem ipsi nuper passim ad codicem Dresda Lipsiam ad me missum exigentes magnae accuratationis ac fidei esse intelleximus. Pauca quaedam minoris momenti errata esse post cl. Anger vidimus, sed etiam eiusmodi rara sunt. Praeterea, ut idem iam indicavit, Eph 4, 16.

*) Cf pag. 216. Uberius autem de variis codicis Augiensis rationibus explicuimus ibidem pag. 209 usque 216. Relatum etiam est pag. 215. in nota de appendice quam epist. ad Hebr. in codice adiunctam habet. Ad quam quae recenti manu eaque Angli cuiusdam notata sunt, in iis anno 1842 — anno enim 1855. quum rursus Cantabrigiae commorabar codex non aderat — male legeram nomen Cumiani Rabani. Quem errorem contigit Tregellio ut amici ope corrigeret, quemadmodum in ipso indice libri: an introduction etc luculentissime significatur: „Tischendorf incorrectly cites a note from Cod. Aug.“ Legendum enim esse docuit l. l. pag. 198. Cumianus Fota in: id quod satis credibile mihi visum et in multa Anecdotorum exemplaria post receptum est. At nuperrime cl. Scrivener litteris mihi indicavit, et ipsum correctorem meum errasse. Qua de re quaesituros relego ad ipsius codicis editionem, quae fortasse in Anglia iam prodiit.

μερους pro μετρος et 4, 18. εσοτισμενοι pro -μενος legendum est.

†H codex Coislinianus Nr. 202. bibliothecae Imp. Paris. Olim XIV constabat foliis, sed — ut in ipso codice notatum est — „post incendium bibliothecae librorum impressorum et subitaneam translationem manuscriptorum non sunt inventa nisi XII folia.“ Duo folia, quae Parisiis desiderantur, in bibl. Imperiali Petropol. habentur; continent Gal. 1, 4. — 10. *ημων — πειθω* 2, 9. — 14. *και βαρν. — αληθειαν.* Reliqua fragmenta haec sunt: 1 Co. 10, 22. — 29. *εσμεν — η ελευθερια* 11, 9. — 16. *ανηρ — του θεου* 1 Tim. 3, 7. — 13. *δει δε — εν χριστω ιησου* Tit. 1, 1. — 3. *παυλου αποστ. επιστολη πρ. τιτον. παυλος — του σωτη* 1, 15. — 2, 5. *απιστοις ουδεν — αγαθας* 3, 13. *ζηταν usque finem.* Heb. 2, 11. — 16. *δε ην αιτια — σπερματος αβρααμ* 3, 13. — 18. *αχρις ου — μη εισε* 4, 12. — 15. *ζων γαρ — ασθενειας ημων.* Praeter alia quae argumenta epistularum ad Heb., I ad Tim. et epistulae ad Tit. spectant, ibi haec leguntur, quemadmodum ex ipso codice descripsi: *εγραψα και ξεθεμην κατα δυναμιν στειχηρον· τοδε το τευχος παυλου του αποστολου προς εγγραμμον και ευκατάλημπτον ανιγνωσιν. των καθ' ημας αδελφων· παρων απαντων τολμης συγγνωμη αιτω. ευχη τη υπερ εμων· την συνπεριφοραν κομιζομενος· αντιβληθη δε η βιβλος· προς το εν καισαρια αντιγραφον της βιβλιοθηκης του αγλου παμφλου χειρι γεγραμμενον αυτου.* Haec folia tegumento libri manuscripti agglutinata Parisios olim translata sunt ex monte Atho. Edidit Montefalconius in biblioth. Coislin. p. 251. erratis paucis, ut 1 Co. 10, 29. *τι*, quod debebat esse *ινα* (quod in scissa membrana fere periit) *τι*. Nec vidit Montef. Tit 2, 8. ex emendatione legi *ιεροπρεπει* pro *ιεροπρεπεις*, nec magis Tit 3, 13. adsecutus est a prima manu *απολλων* pro *απολλω* fuisse. Adde quod Heb 4, 15. *συμπαθησαι* pro *συνπ.* edidit. Quicquid fragmentorum exstat, ipse accuratissime cum accentibus, spiritibus variisque punctis transcripsi, indeque editionem correctiorem ac plenioram additis omnibus quae non ad ipsum textum pertinent dare potero. Videntur esse saeculi sexti.

††I codex bibl. Imp. Petropolitanae. Vide ad evangelia. Huc pertinent duo tantum folia, quorum altero 1 Cor 15, 53 — 16, 9. altero Tit 1, 1 — 13. continetur. Utrumque fragmentum secundi quem diximus codicis est, referendum ad saeculum quintum.

K codex Mosquensis. Vide ad epp. cathol. Deficit Rom. 10, 18—
1 Co. 6, 13. *αλλα λεγω* usque *και ταυτην και*, item 1 Co. 8, 7. —
11. *τινες δε* usque *απεθανεν*. Saec. fere IX.

††L codex Anglicus Romanus. Idem est quem ad act. et epp.
† cath. sigla 6·L insignivimus. In epp. Paul. deficit Heb 13, 10.
ουκ εχουσιν usque finem. Saeculi IX.

††M fragmenta duo, altera Hamburgensia, altera Londinensia.
Priora (Heb 1, 1 usque 4, 3, *εις την*, item 12, 20. *βοληθησεται*
usque finem epistulae) ex libris Uffenbachianis sunt; post
erant Joh. Christoph. Wolfii, a quo ex legato ad bibliothecam
publicam civitatis Hamburgensis pervenerunt. Pro magno
pretio, quod dudum in re critica habere videbantur, iam anno
1800. libello academico Helmstadiensi tractavit Henr. Phil.
Conr. Henke. Nuper postquam contulisset S. P. Tregelles sua-
que mecum Hamburgo Lipsiam reversus communicasset, ipse
Hamburgi tota transscripsi et in Anecd. meis sacr. et prof.
Aethiopia (aeth). Haec versio suscepta plerumque putatur, adstipulante etiam clarissimo Dillmanno, exeunte fere saeculo IV. quemadmodum iam Chrysostomus (opp. VIII. p. 10. in Ioh. II.) versionem eiusmodi nosse videtur. Aliter sentit cl. Gilde-meister, cui propter causas non leves, quas ipsum accuratius propositurum spero, non ante VI. vel VII. saeculum facta videtur. Primam editionem anno 1548 sq. Romae curavit Tesfa Sion adhibitis tribus laboris sociis. Codex hac editione expressus non contemnendus est. Quas vero lacunas habebat, inprimis Act 9, 29—10, 32. 26, 8 usque libri finem, eas „ex

lingua Romana et Graeca" (sed Graecorum videtur tantum honoris caussa mentio facta esse) editores suppleverant. Editio Romana non adeo emendata nec distinctis ex Latino versis repetita est Loftusii cura in Polyglottis Londinensibus. Nos diligenter asi sumus editione Bodii, quae hunc titulum habet: Nov. domini nostri I. Chr. Test. ex versione Aethiopici interpretis in bibliis polygl. Angl. editum ex Aethiopica lingua in Latinam transtulit Chrstphor. Aug. Bodius. Brunsv. 1758. Nec vero ea sola acquievimus, sed quum annis 1826 et 1830. Thomas Pell Platt, a S. Trin. collegio Cantabrig., in usum celeberrimae societatis biblicae Londinensis (the British and Foreign Bible-Society) novam Aethiopici textus N. T. editionem curasset, nostro rogatu vir S. Ven. Gildemeister, prof. Marburgensis, contulit cum ed. nostra N. T. 1849, ita quidem ut quum per evv. raro tantum Aethiopsis mentio facta esset, non conferret nisi paucos evv. locos, per reliquas vero N. T. partes uberrimam nobis suppellectilem exhiberet. Qua in re videndum est ne aeth^{pp} (ita indicavimus lectiones Thomae P. Pl.) omnino praestare putemus alteri (aeth^{ro}). Nam libris mss. quos ad manus habebat recens editor (iam ante i. e. 1823. ediderat Aethiopicor. libror. mss. catalogum) non aliter usus est quam ex instituto Societatis biblicae licebat. Tamen non est quod dicam, cl. Gildemeister tam liberali subsidio egregie de libro nostro promeruisse omnibusque qui eum adhibebunt gratissimum fecisse. Ceterum quod plerisque ipsique Dillmanno vix dubium videtur, interpretem Aethiopem ex ipso Graeco fonte hausisse, id se non adeo confirmare Gildemeister nobis significavit, nisi forte ceterorum sententia ita fulciri potest ut interpolationes varias vel e Syris vel ex Arabibus factas statuas. Plerique codices bibliorum qui in Europam allati sunt, saeculo XV. non priores videntur.

Arabicae. Harum de origine et modis mira est virorum doctorum dissensio. Omnibus iis quae ex editionibus ac magis etiam ex libris scriptis innotuerunt, probatur saepius varietate privatos homines libros sacros apud Arabes interpretatos esse, ita quidem ut textus totius N. T. qui publica quadam auctoritate apud universos valeret vix exstitisse videatur.

Ac primum quidem typis exscripta est editio quattuor evv. Romana 1590 sq. (ar^r sive ar^{ro}), quae duplici forma prodiit,

altera Arabice, altera Arabice et Latine. (Exemplaria quae annes 1619 et 1774. adscriptum habent, si verum quaeris eiusdem editionis sunt.)

Insecuta est 1616. Leidae editio totius N. T. Erpeniana (ar^e) quae ex codice saeculi fere decimi quarti fluxit.

1645. Biblia polyglotta Parisiensis (ar^p) prodire, quae moderante Gabriele Sionita evangeliorum textum non tam ex Rom. ed. repetitam, quam ex cod. Parisiensi (fortasse Reg. Imp. 27. cf Scholz: Biblisch-Krit. Reise p. 54., vel etiam Coisl. 289.) Romanae formae admodum cognato haustum, epistularum vero ad fidem codicis ex Aleppo allati textu a Graecis derivat^o conformatum habent. A quo quidem Parisiensi textu per totum N. T. vel maxime pependerunt Londinensia Polyglotta 1657.

(Reliqua est editio Carshunica, quae Romae 1703. prodit.)

Atque haec quidem edd. omnes eundem evangeliorum textum continent, lectione passim quidem sed non maiorem in modum variante.*) Petitus quidem omnino est e Graecis, etsi quando id factum sit difficile dictu est. Exstitisse interpretes ante Mohammedis tempora satis dubium videtur; tamen improbabile est eos multo post prodisse; quid quod nuperime epistularum codex innotuit, a me in oriente detectus, quem ipsum octavo p. Chr. saeculo scriptum luculenta argumenta probant. Actus app. et epistulas Pauli, item Iacobi epistolam, priorem Petri et primam Iohannis, quemadmodum

*) Clariss. Gildemeister de hac re sic ad me scripsit: In Marc. 1, 1—45. finden sich zwischen allen 4 Ausgaben zusammen nur 72 Varianten; davon stimmen ar^r und ar^e 67 Mal zusammen. ar^p und Karsch. haben jede 24 besondere Lesarten und in 16 Fällen unter diesen weichen sie unter sich und von ar^r und ar^e ab, während in den andern 16 Fällen je einer mit Rom. und Erp. stimmt. Bei beinahe einem Drittel entspricht eine Variante im Griechischen, bei eben so vielen scheint Grund der Abweichung die Annäherung an den griechischen Ausdruck, bei wenigen Verbesserung des arabischen Stils zu sein. Ich glaube nachweisen zu können, dass die ursprüngliche Uebersetzung (aus dem Griechischen) einmal nach andern griech. Mss. durchgängig revidirt sein muss; ausserdem sind freilich noch koptische und syrische Lesarten hineingekommen. Die ursprüngliche Form hat Pol. aber nicht die Rechte; sie zeichnet sich durch kopt. Lesarten aus.

in ed. Erpeniana leguntur, e Syra Peschito fluxisse certum est. Reliquos libros ibidem exhibitos, i. e. apocalypsin cum quattuor reliquis epp. cath., unde interpres hausert, non satis constat, sed videntur originem Coptam habuisse.

Sed ad haec de editis libris pauca addere placet de scriptis. Codicem Vaticanum (ar^{vst}) selectis evangeliorum et epistularum locis examinavit Scholzius, vide *Biblicsch-Krit. Reise* pag. 117 sqq. Is pro notis Graeca scriptura unciali additis saec. fere nono scriptus esse videtur et textu insigni praestat. Cf ad Mc 16, 9. Codicum duorum Berolinensium notitiam dedit cl. Petermann in editione epistolae ad Philem. metallo expressa (anno 1844.) Alter e libris Diezianis (ar^{diez} totius N. T. textum passim mutilum eumque e Syris confectum continet, scriptus ut videtur anno Christi 1265. Alterius (ar^{berol}) pariter atque eius versionis quae per Hugium ex cod. Par. (ar^{hus}) innotuit textus e Coptis haustus est.

Denique nonnihil ex iis addam, quae amicorum ope usus de edd. aliquot, quos mihi in itineribus orientalibus ex latebris monasteriorum in Europam afferre contigit, in *Anecdosis meis sacris et profanis* (1855.) dixi. Horum omnium gravissimus est codex epistularum Paulinarum, nuper Petropolitani factus, e sententia collegae cel. Fleischer octavo saec. scriptus. Is ita comparatus est ut eundem cum Erpeniano codice textum praebeat, nisi quod ipse instar sit Italiae, Erpenianus Vulgatae. Quovis fere versu antiquiores formas illum praebere, hunc recentiores, observavit cl. Delitzsch (cf. excurs. ad comm. eius in epist. ad Hebr.). Aliquot lectionis specimina dedimus (ar^{petrop}): vide inprimis ad Heb 2, 9. Cf *Anecd. sacr. et prof.* p. 13. Alter est ex edd. bibliothecae univ. Lips. Tischendorfianis, numero XXXVIII. insignitus, saeculi fere 13., fragmenta continens versionis epistularum Pauli e Copto factae necdum notae, nisi forte cognati sunt ar^{hus} et ar^{berol}. Ex hoc multa lectionis specimina epistolae ad Col. inseruimus. Cf. *Anecd.* p. 72 sq. Tertius, cod. Tisch. XXXVII., eiusdem fere cum priore aetatis, fragmenta haud pauca epistularum catholicarum eum nonnullis Paulinarum continet. Horum textus in epp. Pauli idem est atque quem edidit Erpenius; non idem quamvis similis in catholicis epp. Cf. *Anecd.* p. 71 sq. Quartus est quattuor evangeliorum Syriacus Arabicus, inter Tischendorfianos numero XIII. signatus saeculi

fere decimi. Arabicum textum praebet ex Syro factum, eumque bonae satis notae. Cf. Anecd. p. 65. Quinto denique loco commemoranda sunt fragmenta versionis evangeliorum nondum notae Fleischero iudice. Haec inveniuntur in codice Tisch. nr. XXXI. saeculi fere noni.)*

Armenica (arm). Postquam Armeni saeculis tertio et quarto Syrorum, unde evangelium acceperant, bibliis usi essent, Mesrobi et discipulorum (Iohannis Ekelensis et Iosephi Palnensis) coniunctis iteratisque studiis, ipso alphabeto ad id excogitato, Armenica biblicorum versio e codd. Graecis Epheso et Alexandria in patriam allata facta est. Multis saeculis post, et quidem decimo tertio sub rege Haitho, textum ad Latina exemplaria mutatum esse virorum doctorum opinio fert. Idem ab episcopo Usca saeculo decimo septimo repetitum esse perhibent. Utrumque habet quo defendatur; certe codd. Armeni mira textus varietate laborant; qui vero saeculum decimum tertium antecedunt, satis rari. Editiones multae habentur: princeps prodiit Amstelodami 1666. Recentiores, non sine studio critico confectae, sunt Zohrabi 1789 et Veneta 1805. Post prodierunt Petropolitana 1814. et Mosquensis 1834. Armenos in insula S. Lazari prope Venetiam dudum suscepisse novam biblicorum editionem eamque ad optimos quosque codd. undique conquisitos iri institutum, clarissimus scriptor Aucher anno 1843. postque alii narraverunt. Collationes in usum criticum huc usque factae non adeo satisfaciunt accuratiora quaerenti. Nos lectiones Armenicas saepe petivimus a Scholzio, qui quidem in usum suum editionem praestantissimam Zohrabi (ex codice in Cilicia saec. XIV. scripto haustam adhibitis insuper octo totius scripturae sacrae codd. et viginti

*) Quam plerumque a Iohanne Hispalensi octavo saeculo ad normam Latinam institutam esse volunt, eam factam esse vult clar. Gilde-meister. Scripsit mihi de ea re hunc in modum: „Wenn man die spanischen Autoritäten verfolgt, so zeigt sich, dass sie aus einem Missverständnisse stammt, das sich in der allmäligen Abänderung der Worte des ersten Zeugen Rodericus Toletanus verräth. Iener Ioh. Hisp. gehört übrigens in das X. Jahrh. Neuerlich hat Juynboll: Letterkundige Bydragen II. Leiden 1838. zu zeigen gesucht, dass diese Uebersetzung noch in der Röm. Ausg. der Evv. von 1590 erhalten sei; aber sein Beweis ist leicht zu zerstören; es bleiben blos einige latinisirende Lesarten in dieser Ausgabe davon übrig.“

Novi Testamenti) studio Cirbied professoris Parisiensis et monachorum Mechitaristarum Vindobonensium denuo collatam dicit. Praeterea in eo exemplari Novi Test. Wetsteniani quo Griesbachius dum vivebat usus est, aliquoties Armenicas lectiones adscriptas inveni.*)

Georgiana (georg) sive Iberica (iber). Saeculo fere post Armenicam i. e. saec. VI. facta videtur et quidem ex ipsis Graecis codd. Perexigui adhuc usus critici erat, neque ex editionibus quae superiore saeculo et nostro prodierunt, multum subsidii critici petere licet. Habentur vero edd. satis antiqui, cuiusmodi ipse post Scholzium in monasterio S. Crucis prope Hierosolymam vidi (Cf. Tischendorf: Reise in den Orient. II. p. 69. Scholz: Biblisch-Kritische Reise 1823. p. 148.) Docte de hac versione disseruit Fr. Car. Alter in libro: Ueber Georgianische Literatur. 1798. unde aliquot lectionis specimina infra adscripta sunt. Sunt vero ex editione Mosquensi a. 1743. petita, qua in paranda nihil studii critici locum habuit; interpolatam praeterea ex interpretatione Slavonica dicunt. Ex alia quae ibidem prodiit 1816. clar. Petermann epistolam ad Philem. hausit: vide Pauli epist. ad Philem. speciminis loco ad fidem verss. orientalium veterum una cum earum textu originali Graece editam a Iul. Henr. Petermann. Berol. 1844. Metallo expressum.

Cf. Alter l. l. p. 76 sqq. Mt 23, 35. interpret Georg. habet: *ἕως τ. αἴμ. ζαχαρίου υἱοῦ βαρούχ Mt 28, 9. καὶ ὡς ἐκείνοι ἐπορεύοντο ἀπαγγεῖλαι τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ Mc 14, 41. pro ἀπέχει ἤλθεν ἡ ὥρα habet ἤλθε καὶ τὸ τέλος· καὶ ἤλθεν ἡ ὥρα Lc 1, 28. retinet verba εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξίν Lc 1, 35. διὸ τὸ γεννώμενον (absque ex σου) ἅγιον κληθήσεται καὶ υἱὸς ὑψίστου Ioh 1, 29. ταῦτα ἐν βηθαβρά ἐγένετο Ioh 7, 34. καὶ ὅπου ἐγὼ εἶμι ibidem v. 39. ὅτι οὐπω διδόμενον ἦν πνεῦμα ἅγιον Act 8, 39. πνεῦμα ἅγιον ἐπέπεσεν ἐπὶ τὸν εὐνοῦχον, καὶ πν. κυρίου Act 20, 28. τ. ἐκκλησ. κυρ. τοῦ θεοῦ Rom 12, 11. τῷ κυρίῳ δουλεύοντες 1 Tim 3, 16. θεὸς ἐφανερῶθῃ ἐν σαρκί 1 Ioh 5, 7 sq. ὅτι τρεῖς εἰσὶν οἱ μαρτυροῦσιν ἐπὶ τῆς γῆς, πνεῦμα καὶ ὕδωρ καὶ αἷμα, καὶ τρεῖς*

*) Tregellio contigit ut collationem novam eamque egregiam nancisceretur cura Caroli Rieu institutam. Qua de re uberius iam exposuit in libro: an introduction etc. p. 312 sqq.

οὗτοι εἰς τὸ ἕν εἰσιν.⁸ καὶ τρεῖς εἰσιν οἱ μαρτυροῦσιν ἐν τῇ
οὐρανῷ, πατήρ, ὁ λόγος καὶ πνεῦμα ἅγιον· οὗτοι τρεῖς ἕν
εἰσιν.

B. OCCIDENTALES.

Latinae.

1.) Itala (it) i. e. Latina interpretatio quemadmodum primis p. Chr. saeculis in usu erat. Eam secundo iam saeculo (qua in re grave est quod iam Irenaei interpres, Tertullianus, Cyprianus eiusdem textus quodammodo recepti testes sunt) et quidem in Africa, ea parte quae tum temporis Africa proconsularis erat (hinc facile intellegitur unde tanta Graecis cdd. antiquissimis nostris Aegyptiacis cum antiquissimis Italiae consensio) prodisse perquam probabile est. Cuius quae ratio esset quum alii saepe tum ipse nuper quaesivi in prolegomenis Evangelii Palatini inediti Lips. 1847. p. XVI sqq. Ibi probavi quod iam Philippo Garbello et Blanchino (cf. Evangeliar. Quadr. p. 80. et 81.) nuperque aliis, ut Wisemano et Lachmanno, placuit, textum sacrum non identidem e Graeco in Latinum translatum, quod ex Augustini et Hieronymi hac de re verbis saepe conclusum est, sed postquam semel translatus esset multis modis variisque temporibus mutatum esse. Italiae vero nomen ab Augustino (De doctr. Chr. II. 14 sqq.) usurpatum recte explicuere Hugius, Wisemanus (Two letters on some parts of the controversy concerning 1. Iohn 5, 7. etc Rom. 1835.) aliique. Distinxisse enim Augustinum inter Italum, i. e. Italicum, et Africanum versionis genus, sive inter codices ex Italia in Africam advectos et Africanos non ad Italica exemplaria exactos. Horum rursus quae differentia esset, ipse Augustinus haud obscure eo significavit quod l. l. inter emendatos et non emendatos distinxit. Emendata enim exemplaria videntur ab Afris ad Italos advecta ab iisque ad cdd. Graecos in Italia usitatos ipsiusque sermonis Latini normam correctam; non emendata vero quae textum patriae i. e. Africanæ originis illibatum conservarunt. Itaque emendati cdd. Augustini ipsum illum Italum, non emendati Africanum textum purum constituunt. Qua in re videndum est ne systematicam quandam rationem magis quam ipsam veritatem curemus. Quemadmodum enim per se clarum est, quum codices Italicos non omnes pari modo ab Afra simplicitate discessisse, tum facile potuisse utrumque genus iteratis exemplis

confundi: ita documentorum quae supersunt ratio est eiusmodi, ut quae Africana habemus, ea ab Italis non prorsus abhorreant, rursusque quae Italica, locis multis prope ad Africana accedant. Cuius rei aliquot exempla vide in Prol. *Evang. Palat.* p. XXI sqq. Inde vero hoc sequitur, idque minime negligendum est, ubi de codicum antiquorum Latinorum usu ad restituendam ipsius Graeci textus veritatem agitur, quicquid ex utroque quod diximus genere aetatem tulit accurate et caute adhibendum esse, nisi saepe quod revera praestat arbitrii causa aspernari malimus. Qua sententia vehementer dissentimus a Carolo Lachmanno, qui spreto quae ipsi videbantur Italicis codicibus adhibere volebat nisi Africanos. At ne unus quidem ex eius testibus purum Africanum textum conservavit; nec minus certum est in reliquis multas inveniri Africanæ originis lectiones. Eo autem magis Lachmanni ratio taxanda est quoniam testibus Latinis tantam saepe in ipso textu constituendo auctoritatem tribuit. Hinc enim passim in promptu est rationes ei aliter conficiendas fuisse, modo scitius adhibuisset Latinos.

Singulari autem dei beneficio contigit ut huius versionis antiquissimae et in re critica gravissimae haud pauci codices raræ vetustatis ad nos pervenirent. Nobis ipsis vero contigit ut ad eos qui iam dudum ad criticorum usum pertinuerant, adderemus aliquot non minimæ auctoritatis. Omnium qui innotuerunt et ad apparatus nostrum adhibiti sunt, catalogum dare placet.

a i. e. cod. Vercellensis, scriptus ut videtur manu Eusebii martyris saec. IV. Complectitur evv. quattuor; passim vero lacunae sunt. In Mt enim plura desiderantur per capp. 20. 21. 22. 23. 24. 26. 27. item 25, 1—16. In Iohanne plura desunt per cap. 5, nonnulla per cap. 7. item toti fere 19, 41 et 20, 2. In Luca desunt, exceptis paucis, 1, 1—12. Desunt passim litterae et verba inde a 1, 26 usque 73., item 6, 9. 12. 9, 14. 11, 24. Pleraque periere 11, 4—11.; omnia periere 11, 12—25. 12, 38—59. In Mc 1, 22 usque 34. omnia periere, item 4, 17—24. 15, 15 usque finem. (nisi quod 16, 7 usque fin. „secundis curis ab alio antiquario“ „iuxta ed. S. Hier.“, ut Blanchinus habet, suppleta sunt.) Item pleraque periere 4, 26—5, 19. Edidit Blanchinus in *Evang. Quadr. Romae* 1749. (Afric.)

b i. e. cod. Veronensis, IV. vel V. saec. scriptus. Desunt Mt 1, 1—11. 15, 12—23. 23, 18—27. Ioh 7, 44 usq. fin. capituli.

- Lc 19, 26—21, 29. Mc 13, 9—19. 13, 24 usq. fin. evgl. Edidit Blanchinus ibidem. (Afric.)
- c i. e. cod. Colbertinus XI. fere saeculi. Integrum edidit Sabatier in *Bibliorum ss. Latinis versionibus antiquis etc.* Parisiis 1751. (Afric.)
- d i. e. cod. Cantabrigiensis VI. saeculi. Similes atque D lacunas habet: vide ad ev. et act. Edidit Kipling cum Graeco textu codicis D ev. et act. Cf. ad D ev. et actuum. (Afric.? mixt.?)
- e i. e. cod. Palatinus Vindobonensis IV. vel V. saec. Ev. Ioh et Lc fere integra sunt; evangelii Mt dimidia fere pars periit; de Marci textu sex fere capita supersunt. Ex Mtthaeo enim supersunt 12, 49—13, 13. 13, 24—14, 11. 14, 22—24, 49. 28, 2 usq. fin. Ex Ioh 1, 1—18, 12. 18, 25 usq. evgl. fin. Lca e 1, 1—8, 30. 8, 48—11, 4. 11, 24 usque fin. Mci 1, 20—4, 8. 4, 19—6, 9. 12, 37—40. 13, 2—3. 24—27. 33—36. Edidi hoc titulo: *Evangelium Palatinum ineditum etc.* Lips. 1847. (Ital.? mixt.?)
- f i. e. cod. Brixianus VI. fere saec. Desunt Mc 12, 5—13, 32. 14, 70 usque fin. evgl. Edidit Blanchinus in *Evang. Quadr.* (Ital.)
- ff¹ ff² sunt codices Corbejenses antiquissimi. E priore iam Martianay Matthaeum edidit in *Vulgata antiqua Latina et Itala versione ev. Mt. et ep. Iacobi etc.* Par. 1695., item Calmet in appendice ad comment. in apocalypsin. Eundem ad Matth. integrum repetiit Blanchinus; ex ff² vero variantes lect. ad Ioh Lc Mc notavit. Sabatier variantes lect. ex priore ad Matth. et ad Mc usque 5, 18., ex altero (capp. 11 ev. Mt. priora desunt, item alia passim) ad 4 ev. attulit.
- g¹ g² sunt Sangermanenses antiquissimi. Priore ad Matth. iam usus est Martianay l. l., item Blanchinus. Utrumque per IV ev. laudat Sabatier. Sed ex allatis lectionibus nec ff² nec g¹ g² satis ad rem criticam adhiberi possunt.
- h i. e. Claromontanus nunc Vaticanus, IV. vel V. saec. Evangelium Matthaei continet; tamen est mutilum usque 3, 15., rursus 14, 33—18, 12. Excerpta iam Sabatarius dederat. Sed integrum textum accurate edidit Ang. Mai in *Script. vet. nova collectione Rom.* 1828. tom. III. p. 257 sqq. qua editione ipsi usum sumus. (Afric.)
- i i. e. Vindobonensis V. vel VI. saec. Sunt haec ev. secundum Lucanum (sic codex) et secundum Marcum fragmenta: Lc 10,

- 6—23, 10. Mc 2, 17—3, 29. 4, 4—10, 1. 10, 33—14, 36. 15, 33—40. Ea publicavit integra Alter in N. Repert. d. bibl. u. morgenl. Literatur. III. 115—170. et in Pauli Memorabilibus VII. p. 58—96. Iam ante Alterum, a quo nostra hausta sunt, Blanchinus lect. var. notaverat. (Afric.?)
- k i. e. Bobbiensis nunc Taurinensis V. si non IV. saec. Sunt haec Marci (9 fere capp.) et Matthaei (capp. fere 16) fragmenta: 8, 19 usque 16, 8 sq. Mt 1, 1—3, 10. 4, 2—14, 17. 15, 20—16, 1. 16, 5. 6. 7. Post vitiosissimam Fleckii editionem *) ipse denuo integra descripsi et edidi in annalibus Vindob. a. 1847. sqq.** (Ital.)
- l i. e. Rhedigerianus VII. fere saeculi. Praeter pauca alia pars magna ev. Io. periit. Contulit et descripsit Dav. Schulz in progr. Vratisl. 1814; posteaque in editionem III. Ni Ti Griesbachiani lectiones var. transtulit.
- m: hoc siglo insignivimus lectiones quas A. Maius tomo 9. Spicilegii sui Romani a. 1843. pag. 61—86. notavit ex antiquissimo codice Speculi quod plerumque Augustini esse creditum est. Post edidit totum Speculi textum in PP. Nov. Bibl., sed eum raro contulimus. Lectiones petitae sunt ex omnibus fere N. T. libris: ex Mt (non Mc) Lc Ioh Act, ex Iac 1 et 2 Petr 1 et 2 Ioh (lectiones harum epp. cath. inprimis graves sunt) Iudae; ex Ro 1 et 2 Cor Gal Eph Phil Col 1 et 2 Thess 1 (ex hac ep. permulta afferuntur) et 2 Tim Tit; ex Apoc. (Ital.)
- n: codex Sangall. V. vel IV. saec. Supersunt fragmenta haec:

*) Vide F. F. Fleckii Anecd. maximam partem sacra etc. 1837. p. 1 sqq. Pauca vitiositatis exempla haec sunt: fol. 3. legit ne omnia diceret pro ne cui illa diceret, fol. 13. tradent eum latronibus pro trad. eum nationibus, fol. 26. angelos eletos (sic) pro angelos et colligit electos, fol. 34. manu factum pro non manu factum, fol. 35. atrioeum (atriorum) pro atri (i. e. atrii) locum, fol. 36. totum versum 14. praetermisit; fol. 45. edidit mirum in modum sic: „in Orientem ha (sic) set autem rex“, posteaque „exquisivit ab eis. et venimus adorare eum audis (audisset?) Herodes.“ At scriba post verba: vidimus enim stellam eius in orientem“ per incuriam perrexit „set autem rex“ intellecto vero errore adposuit ha, ad quod signum referebat sub textu verba omisa: „et venimus adorare eum. cum audis.“

**) Si quid Vindobonae mea manu scripta typis exscribendo peccatum est, id non in me cadit. Usus sum ad apparatus criticum schedis meis. Ubi vero primum licuerit, haec fragmenta cum similibus a me feliciter excussis singulari libro foras dabuntur.

Mt 17, 1—5. 14—18. 17, 19—18, 20. 19, 21—20, 7. 7—23. (pars lacunosa) 20, 23—21, 3. 26, 56—60. 69—74. 27, 3. 62—64. 27, 66—28, 2. 8—20. Marc 7, 13—31. 8, 32—9, 9. 13, 2—20. 15, 22—16, 13. Omnia quae supersunt edere propositum est. (Afric.)

o: fragmentum Sangallense continens Mc 16, 14—20. scriptura Merovingica exaratum saec. fere VII.

p: fragm. Sangall. Scottice scriptum saec. VII. vel VIII. continens Ioh. 11, 14—44. Videtur olim ad lectionarium pertinuisse. Cum ad ipsum comm. non adhibitum sit, h. l. versus priores adscribamus. „In illis diebus dixit ihesus ad discipulos suos lazarus amicus noster infirmabatur, et manifeste mortuus est. Et gaudeo propter vos ut credatis quoniam non eram ibi sed eamus ad eum: dixit autem thomas qui dicitur didimus Cum discipulis suis eamus et nos moriamur cum illo. Venit ihesus et invenit eum iam quartum diem in monumento habentem. Erat autem bethania iuxta hirusolimam quassi stadiis quindecim. Multi autem a iudeis venerunt - - viam venit ei maria autem domi sedebat: dixit ergo martha ad ihesum domine si fuisses non fuisset mortuus frater meus. Sed nunc scio quoniam quaecumque petieris a deo dabit tibi deus. Ait ei ihesus: resurget frater tuus.“

q: codex Monacensis VI. certe saeculi. Continet totum Mt exceptis 3, 15—4, 25. 5, 25—6, 4. 6, 28—7, 8. item Iohannem exceptis 10, 11—12, 39. item Lucam praeter 23, 22—36. 24, 11—39. item Marcum exceptis 1, 7—22. 15, 5—36. Magna est textus praestantia, etsi magis Italico quam Africano testium generi adscribendus erit. Totum accurate descripsi et ad edendum praeparavi. Inde a Marci cap. 12. ad comm. adhibere licebat.

Ad actus app. adhibiti sunt:

d i. e. Cantabrigiensis, vide d ad evv.

e i. e. Laudianus saeculi fere VI. exeuntis. Cf. ad π actuum. Edidit cum Graeco textu Hearne Oxonii 1715, sed ipsi diligenter quae edidit cum codice contulimus.

s i. e. Bobbiensis nunc Vindobonensis V. fere saec. Sunt pauca fragmenta de actuum capp. 23. 27. 28. quae in cod. rescripto bibl. Caesar. Vindob. legi et edidi in annalibus Vindob. 1847.

Anzeigebblatt CXX. Ibidem de cl. Eichenfeldi et meis circa codicem studiis refertur.

m: vide ad evv.

Item ad epp. catholicas:

ff i. e. Corbejensis antiquissimus, quem Martianay in Vulg. antiq. Latina et Itala versione ev. Matthaei et epist. Iacobi edidit Paris. 1695; atque iterum Sabatier in Bibliis suis. Nos editionem Martianaei ubique contulimus.

s i. e. Bobbiensis nunc Vindobonensis, de quo modo explicui. Fragmenta epp. cath. haec legi: Iac. 1, 1—5. 3, 13—18. 4, 1. 2. 5, 19. 20. 1 Pe 1, 1—12.

m: vide ad evv.

Item ad epp. Pauli:

d i. e. Claromontanus saec. sexti fere exeunt. Est versio addita Graeco codici v epistularum nunc Imp. Parisiensis nr. 107, ad quem quae supra notata sunt confer. Ipse totum transscripsi et edidi: vide supra. Non sine multis vitiis iam ante ediderat Sabatier in Bibliis suis Latinis.

e i. e. Sangermanensis nunc Petropolitanus. Cf. ad x epp. cuius textum Latinum hoc siglo significavimus. Hunc quoque simul cum Claromontano, a quo passim discedit, l. l. edidit Sabatier, sed passim quid ipse codex habeat non satis liquet.

f i. e. versio Latinae codicis Augiensis epp. Paulin. quam, postquam ipse anno 1842. primus contulisset, nunc ex accuratissima editione totius codicis a cl. Scrivener suscepta haurire licuit. Vide supra ad r epp. Paul.

g i. e. Boernerianus saec. IX. Versio est Graeci codicis g epistularum, ad quem quae notavimus vide. Edidit una cum Graecis Matthaei Misenaë 1791.

gue i. e. Guelferbytanus saec. VI. Aliquot fragmenta sunt ex capp. 11—15. epistulae ad Romanos (11, 33—12, 5. 12, 17—13, 1. 14, 9—20. 15, 3—13.), quae adiacent textui Gothico in foliis palimpsestis Guelferbytanis. Post Knittelium, qui nec plene nec satis recte una cum Gothicis Brunsvic. 1762. ediderat, ipse edidi in Anecdotis sacr. et prof. p. 153 sqq.

r: fragmenta epp. Paulinarum nuper ex tegumentis codicum Frisingensium Monaci ab I. Andr. Schmeller protracta et a me primo lecta, saec. VI. vel V. Continent haec: 1 Co 1, 1—27. 1, 28—3, 5. 15, 14—43. 16, 12—24. 2 Co 1, 1—10. 3, 17—5, 1. 9, 10—11, 21. Phil. 4, 11—23. 1 Thess 1, 1—10. Ad

edendum destinavi pretiosissima ista fragmenta, de quibus fusius exposui Deutsche Zeitschrift für christl. Wissenschaft 1857. nr. 8.

in: vide ad evv. Pertinet in etiam ad apoc.

2) vulgata i. e. ea quae rogante Damaso Pontifice Romano ab Hieronymo anno 383 et sqq. Romae ita profecta est ut exemplarium Latinorum quae tum circumferebantur cum codicibus Graecis „sed veteribus nec qui multum a lectionis Latinae consuetudine discrepant“ collatione instituta textum magna cum cautione emendatum proderet. Quae quidem Hieronymi editio postquam per aliquot saecula cum vetustiorum codicum textu de principatu contendisse videtur, mox in omnium fere usum recepta est, ita ut fere inde a Gregorii Magni aetate merito vulgatae nomine nuncuparetur. Publica autem ecclesiae catholicae auctoritate donata est textus Hieronymiani editio Clementis VIII. a. 1592 (vg s. vge^d); a qua passim differt editio Sixtina a. 1590. (vgs^{ixt}). Utramque vero ab Hieronymianae editionis veritate satis abesse, probatur codicibus eiusdem textus veterrimis, unde ipsi nuper (in Triglottis etc) opus Hieronymi restituendi periculum fecimus. Iam ante nos idem suscepit C. Lachmannus, sed codicum omnium gravissimo parum cognito. Vide supra p. CX.*) Ad commentarium vero nostrum adhibiti sunt Vulgatae codd. hi:

amiatinus (am) i. e. cod. olim monasterii Amiatiae, nunc Laurentianae bibliothecae, circa annum 541. a Servando abbate scriptus. Quem tantum rei sacrae criticae thesaurum quum primum Ang. Mar. Bandini docte illustrasset, F. F. Fleck bene de his studiis meriturus anno 1834., duobus adiutus amicis, cum ed. Clementina contulit, suamque collationem a. 1840. edidit ita, ut variantes codicis lectiones subiungeret vulgato textui. Hanc

*) Paene incredibile dormitantis Homeri speciem Lachmannus edidit Act 6, 10. Ibi enim „fabulantem“ ac „parum diligentem“ Fleckium suum secutus ita edidit: „et non poterant resistere sapientiae et spiritui qui (quo) loquebatur. [quod redargue // L].“ „At nonne ipsum hoc signum notationem Fleckii inepti vitii arguebat? In codice enim post „loquebatur“ secunda manus addidit: „propter quod redarguerentur ab eo cum omni fiducia.“ Pro spatii vero penuria ad ipsum locum non adscripta sunt nisi „pr. qu. redargue“ adposito signo, quo quidem repetito reliqua „rentur ab eo“ etc summa pagina addita sunt.

vero collationem imperfectissimam, locis plus mille qui ab editis differunt vel praetermissis vel vitiose notatis compensavi nova totius Novi Testamenti collatione diligentissima, anno 1843. Florentiae a me instituta. Totum textum, nec neglectis praefationibus capitulorum indicibus similibusque, e schedis meis, consulta insuper Tregellii collatione, anno 1850. rursusque 1854. edidi hoc titulo: *Novum Testamentum Latine interprete Hieronymo. Ex celeberrimo cod. Amiat. omnium et antiquissimo et praestantissimo nunc primum edidit C. T. („Editio paucis vel praemissis vel additis repetita.“ 1854.)** Totum N. T. continet integrum (una cum Vetere).

Eiusdem fere cum Amiatino vetustatis codex est Fuldensis (fuld) totius Ni Ti, nisi quod IV evangeliorum loco harmoniam IV evangelistarum in canones et numeros distinctam (cum praefatione Victoris episcopi Capuae) continet. De eo copiose egit, aliquot additis facsimilibus, Io. Frid. Schannat in *Vindemiae litterariae collectione prima* p. 218—221. Fuldae et Lips. 1723. Hunc codicem in rem suam convertit C. Lachmannus cum Buttmanno suo (cf. N. T. I. p. XXVI sq.), sed saepe, in evv. maxime, ex Lachmanniana Latini textus recensione non satis liquet quid codex habeat. Hinc gratissima erit codicis Fuldensis accurata editio, quam suscepit clar. vir Ern. Ranke.

Item totius Ni Ti (una cum Vetere) codicem Toletanum (tol) habemus. Is est ex bibliotheca Toletanae ecclesiae, litteris Gothicis exaratus, cuius collationem a. 1588. a Chstphoro Palomares institutam publici iuris fecit Blanchinus in *Vindiciis canonic. script. Rom.* 1740. Etiam codex Bodl. 857. (multorum Ni Ti fragmentorum) a Millio olim nuperque a me inspectus est. Saeculi videtur VII. nec indignus accuratiore examine. Ex cod. totius Novi Test. Cavensi (cav) saec. fere VIII. adscripsi quae ad 1 Ioh 5, 7 sq pertinent. Codicem ipse in celebri monasterio S. Trin. Cavae prope Neapolin perlustravi. Hunc locum tractat etiam *Lettera dell' abate de Rozan su de' libri e msc. preziosi*

*) In hac repetitione haec errata prioris ed. correximus: Mt 20, 4. *dele* meam 1 Co 14, 18. meo Eph 6, 13 in *sec loco* Ap. 8, 5. magnus. Item Mt 24, 15. *lege* Danihelo Mc 14, 40. ingravati Act 8, 17. imponebant 13, 46. reppulistis 18, 12. Achaiae 1 Co 3, 12. supraed. supra 2 Co 4, 4. quae est Eph 4, 25. in invicem 1 Pe 3, 6. oboedivit 1 Io 2, 4. non Le 8, 12. hi**, om*. Quorum omnium iam in Triglottis nostris ratio est habita. Praeterea cf. supra p. CXVII.

conservati nella biblioteca della ss. Trinita' di Cava etc. Napoli 1822. p. 128 sqq. Ad eundem locum etiam aliorum nonnullorum codicum in comm. nostro ratio est habita. Denique notas Lucae Brugensis ex correctoriis bibl. apud Sabatarium allatas (cddbrug, Lcbrug) passim consului.

De ceteris cdd. ad evangelia hi spectant:

- and i. e. cod. monasterii S. Andreae secus Avenionem:** inde aliquot lectiones hausit ducibus Martianaes („Vulgata antiqua Latina“ etc Par. 1695.) et Calmeto („Commentaire litt.“ tom. VII. Par. 1726.)
- em i. e. olim monasterii S. Emmerami, nunc Monacensis (plut. IV. Nr. 33.),** anno 870. iussu Caroli Calvi scriptus. Collationem haustam e Dissertatione in aureum ac pervetustum ss. evv. cod. ms. etc., quam scripsit P. Colom. Sanftl, Ratisb., 1786. saepissime adhibui.
- erl i. e. cod. Erlangensis,** aliquoties adhibitus ex Dissertatione Colomanni Sanftl, apud quem vide pag. 76.
- for i. e. Foroiulensis,** qui cum Marci fragmentis Pragensibus (prag) a Dobrowskio a. 1778. editis aliisque eiusdem evangelistae reliquiis Venetiae servatis sed paene deperditis (cf. etiam Seemilleri Programma etc. Ingolst. 1784.) IV evv. complectitur Edidit (praeter fragmenta Marci Pragensia et Veneta) Blanchinus in Appendice ad Evangeliar. Quadrupl. Mt et Lc integri sunt; in Ioh desunt 19, 29—40. et 20, 19 usque fin. Saeculi fere VI.
- fos s. foss i. e. Fossatensis.** Ex opere Sabatarii innotuit, qui in S. Germani bibliotheca asservatum et mille circiter annorum (a. 1751.) dixit. Ex Sab. igitur quas affert lectiones sumpsi.
- gat i. e. S. Gatiani (S. Gatien de Tours nr. 8.),** cum cod. Maioris monasterii (mm) et cod. Corbeiensi nr. 195. (ff) a Calmeto ad calcem commentarii in apocalypsin excerptus ex eoque a Blanchino et Sabatario adhibitus. Dedit Calmetus lectiones tantum selectas; quemadmodum etiam de Corb. 195. (ff^o) testatur: Nous avons ramassées les principales variétés des leçons de ce Ms. Si nous eussions voulu marquer toutes, il auroit fallu le copier tout entier; car il y en a presque dans chaque verset, si l'on ne regarde que l'arrangement des mots et les termes équivalens.
- harl i. e. Harleianus 1775.,** saeculi fere VII. Griesbachius con-

- tulit loca selecta, quorum var. lect. indicavit in *Symbb. crit.* I. 305—326.
- iac i. e. S. Iacobi saec. IX. Cf. de eo Colom. Sanftl in *Dissertatione* etc p. 73. Passim adscripsi lectiones.
- ing i. e. Ingolstadiensis nunc Monacensis, saeculi fere septimi. Incipit Mt. 22, 39. Praeterea in Mt Lc Ioh sex fere capp. desunt. Codicem descripsit additis lectionibus variantibus Mc 12, 21. usque 16, 20 Seemiller in *Programmate theol.* etc. Ingolst. 1784. Ipse vero Monaci a. 1844. diligenter totum contuli, atque ex schedis meis ad comm. nostrum adhibui.
- mm i. e. Maioris monasterii (Marmoutier nr. 87.). Cf. supra ad S. Gatiani codicem. Hausi ex Blanchino et Sabatario, ipso insuper Calmeto consulto.
- mt i. e. Martini Turonensis. Ex eo Sabatier varias lectiones Marci, Lucae et Iohannis excerpit, quibus usus sum. Trium codicum gat mm mt aetatem quod attinet, Sabatarius (a. 1751.) gatetmille sibi annos circiter vindicare dixit, mm octingentos.
- pe a. per i. e. Perusinus. Sunt perantiqua evangelii Lucae fragmenta haec: 1, 26 usque 12, 7. exceptis 2, 46—3, 4. 3, 16—4, 9. 4, 22—4, 28. 5, 36—8, 11. aliisque nonnullis. Ad haec plerumque adnotat Blanchinus: „detrita“ „vetustate consumpta“ „quae non amplius legi possunt“ etc. Blanchinus publicavit in *Appendice Evangeliarum Quadrupl.*
- prag i. e. Pragensis v. supra ad for. *Fragmenta Pragensia: Mc* 12, 21 usque finem, edidit Dobrowsky 1778. ex eoque nostra hausta sunt.
- reg i. e. Regius Parisiensis, olim S. Germani, purpuratus aureisque litteris scriptus VII. fere saeculo. Sunt fragmenta ev. Mt (6, 2 usque fin.) et Mc (9, 46 usque fin.) quae contuli Parisiis. Passim etiam aliorum eiusdem bibliothecae codicum ratio habetur duce Sabatario.
- san i. e. Sangallensia evangeliorum codicis plurima fragmenta saec. VI. (Nonnulla eiusdem libri folia in bibl. Turicensi habentur). Pertinent ad praestantissimos textus Hieronymi testes. Uberius de iis exposui *Deutsche Zeitschrift für christl. Wissenschaft.* 1857. Nr. 7.
- taur i. e. Taurinensis VII. fere saec. Vide *Anecd. sacr. et prof.* pag. 160. Aliquoties per priora ev. Mci capp. adhibuimus.
- trevir i. e. Trevirensis. Aliquoties notatum ex *Dissertatione* etc. Colomanni Sanftl. Vide supra.

Δ i. e. Latinus textus codicis Δ Sangallensis. Raro notatus est: vide supra ad Δ evv.

Praeterea apud Sabatarium ex eoque apud nos ad ea quae apud Lc 1, 46 sqq leguntur cantica Mariae et Zachariae passim notantur S. Mich., Breviar. Moz., Vat. olim regin. Suec. nr. 11.

Ad act. epp. et apocalypsin pertinent:

demid i. e. demidovianus Veteris et Ni Ti codex, ex quo Matthaei in ed. Ni Ti sua maiore textum actuum, epistularum et apocalypsis edidit. Scriptus videtur saec. XII. sed haud dubie ex antiquissimo fonte cum magna accurate petitione est. Descripsit Matthaeius in praef. ad epp. cath. p. XXX sqq.

harl i. e. Harleianus 1772. cum epp. Paulinis, item (praeter 3 Ioh et Iudae) catholicis et apocalypsi. Collationem dedit Griesbachius in Symbb. crit. I. 326—382.

lips 4. 5. 6. Sunt tres apocalypsis codices bibliothecae universitatis Lipsiensis, e quibus iam Matthaeius varias lectiones diligenter excerptas in appendice ad apocalypsin Rig. 1785. p. 410 sqq. protulit.

mar i. e. codex Caes. Vind. 287. scriptus a. 1079. a Mariana Seoto. Continet quattuordecim epp. Paul. Collationem eius exhibuit Alter in vol. II. Novi Test. pag. 1040—1080.

san: spectat ad fragmenta Sangallensia palimps. plurium epp. Pauli (Philipp Coloss Eph 1 Thess 1 Tim) saec. fere VI. Sed iis raro usus sum. Retuli de his ibidem ubi de Sang. evv. codice dixi, vide ante ad san.

Praeterea libri antiquissimi Guelferb. rescripti (quinti omnino saec. videtur), usui olim ecclesiastico destinati, aliquot lectiones dedimus signatas guelect: ut ad Mt 26, 70. 78. et alibi. Sed plura etiam dari poterunt, quemadmodum docuimus Anecd. sacr. et prof. p. 164 sqq. Similium librorum lectiones passim a Sabatario exhibitae sunt ex eoque apud nos:

flor i. e. floriacensis.

lux i. e. luxoviensis. De utroque cf. Sabatier in admonitione in librum actuum app. sub finem.

Gothica (goth). Facta est ex ipso Graeco ab Ulfila (nat. 318; mort. 388.) saec. IV. fere medio. Postea, i. e. quo tempore Gothi in Italia dominabantur, Gothica passim videntur ad Latina (Italica) exemplaria exacta esse. Supersunt fragmenta

uberrima omnium evangeliorum et omnium Pauli epistularum excepta epistula ad Hebraeos. Nihil vero de textu actuum apostolorum et epistularum catholicarum nec magis de apocalypsi superest. Evangeliorum fragmenta paene omnia in codice Upsalensi purpurato argenteis aureisque litteris sub finem quinti aut initio sexti saeculi scripto (saec. XVI. in Westphalia, post Pragae, unde in bello triginta annorum pervenit in Sueciam) supersunt. Ordo singulorum evangelistarum est Mt Ioh Le Mc: id quod adde ad pag. LXXI. Haec fragmenta post alios 1854 edidit A. Uppström, additis 1857. „decem codicis argentei redivivis foliis.“ Quadraginta fere versus epistulae ad Romanos adiecta versione Latina veteri (a nobis edita: vide ante gue ad Latinae versionis cdd. Italos) in cod. rescripto quinti vel sexti saeculi Guelferbyitano (olim ut videtur Bobbiensi) reperti atque editi sunt 1762. a Knittelio; plurima fere omnium (exc. Heb.) epp. Pauli in duobus (quinque) cdd. rescriptis Ambrosianis eiusdem certe cum duobus cdd. reliquis aetatis e coenobio Bobbiensi in Liguria dudum Mediolanum deportatis reperit Angelus Mai: idem cum comite Car. Oct. Castillionaeo edidit 1819 sqq. Nuper omnia quae supersunt iterum ediderunt de Gabelentz et Loebe Altenburgi et Lipsiae 1836.: qua editione (etiam postquam prodisset nuperrime editio Massmanni*) ubique diligenter usus sum. Continet autem fragmenta haec: Mt 3, 11. 5, 8. 5, 15—6, 32. 7, 12—10, 1. 10, 23—11, 25. 25, 38—26, 3. 26, 65—27, 19. 42—65. Marci 1, 1—12, 38. 13, 16—29. 14, 4—16. 14, 41—16, 12. Lucae 1, 1—10, 30. 14, 9—16, 24. 17, 3—20, 46. Iohannis 1, 29. 3, 3—32. 5, 21—23. 35—38. 5, 45—12, 49. 13, 11—19, 13. Rom 6, 23. 7, 1—8, 10. 8, 34—14, 20. 15, 3—13. 16, 21—24. 1 Corinth 1, 12—25. 4, 2—12. 5, 3—6, 1. 7, 5—28. 8, 9—9, 9. 9, 19—10, 4. 10, 15—11, 6. 21—31. 12, 10—22. 13, 1—12. 14, 20—16, 24. 2 Corinth 1, 1—13, 13. Galat 1, 1—7. 1, 20—3, 6. 3, 27—6, 18. Ephes 1, 1—5, 11. 17—29. 6, 8—24. Philipp 1, 14—2, 8. 2, 22—4, 17. Coloss 1, 6—29. 2, 11—4, 19. 1 Thess 2, 10—5, 28. 2 Thess 1, 1—2, 4. 2, 15—3, 18. 1 Timoth 1, 1—6, 16. 2 Timoth 1, 1—4, 16. Tit. 1, 1—2, 1. Philem 11—23.

*) Addidit Massmannus textui suo Gothico praeter Graecum quandam textum etiam Latinum. Hic, in quo indagando frustra laboravit Tregellius: an introduction etc p. 308., petitus est e Triglottis meis, mea opera ad antiquissimos cdd. maximeque Amiatinum recensitas.

Slavonica (sl.) Instituta est a Cyrillo et Methodio, natione Graecis et Slavorum ad Danubium apostolis factis circa annum 870. Eadem postea, circa annum 988. quo Wladimir dux baptizatus est, etiam Russis tradita est. Subiit autem versio ista, praecipue in Russia inde a medio saeculo XIV. cum lingua tum textu, Latinis quidem vix adhibitis, varias mutationes, ita ut plures distinguendae sint in edd. Sclavicis recensiones, quarum postrema, typis demum excusa, commuiter recepta est. De illustrandis conferendisq. variis cum edd. tum edd. totius Novi Testamenti egregie promeruit Dobrowsky, a quo una cum lectionibus variis acceptum catalogum edd. duodecim ad evv. item undecim ad actus et epistulas, aliorumque 11 vel codicum vel editionum ad apocalypsin Griesbachius inseruit Prolegomenis suis. A quo quum praecipua lectionum Slavicarum notatio ad nos transierit, consentaneum est etiam potiora catalogi huc transferre.

Ad evangelia igitur edd. hos adhibuit: sl¹. i. e. lectionarium antiquissimum Irmologio saec. XIII. adnexum. Textum habet antiquissimae recensionis Slavicae, saepe consentientem cum edd. evglorum DL 1. 13. 33. 69. 40. 118. sl². i. e. evglstarium membr. a. 1317. in bibl. academiae Scient. Petrop. Exhibet recensionem antiquam sed saepe corruptam. sl³. cod. membr. evv. quattuor saec. XIV. bibl. acad. Scient. Petrop. Peculiarem continet recensionem, ad edd. Graecos recentiores plerumque refictam. sl⁴. cod. chart. evv. 4 saec. XV. Pragensis. Retinet saepe vocabula et phrases antiquiorum edd., sed ipsa lectione ad posteriores recensiones accedit. sl⁵. evv. 4 in bibl. Caes. Vind. nr. 356. Saec. fere XVI. Eiusdem et sl⁶. Caes. Vind. 355. in Moldavia a. 1535. scripti lectiones iam collegerat Alter. Ad posteriorem textus recens. uterque pertinet, ex eodem exemplari Moldaviensi descriptus. sl⁷. cod. chart. evv. 4 ineunt. saec. XVI. Continet recensionem omnium postremam, quam edd. Vilm. 1575. Ostrog. 1581. Mosq. 1663. sequuntur. sl⁸. cod. membr. evv. 4 a. 1144. bibl. Synod. Mosq. Convenit maxime cum sl¹. et 2. sl⁹. evglstarium membr. saec. XII. bibl. Synod. Pauci in Mco versus collati. sl¹⁰. cod. membr. totius N. T. saec. XIV. Manu Alexii metropolitae scr. creditur, in monast. S. Czudow Mosq. Recensio emendatior. Lectiones antiquae singulares ad fidem edd. Gr. bonae notae reformatae. Anno 1751. prodiere integra biblia correctius edita, iubente

Petro I. Haec est textus vulgaris Slav. emendatio. Sed edd. N. T. posteriores non totam receperunt. Huc adde ex Ed. de Muralt editione p. LIII: sl¹. mar i. e. evgstarium s. XI: sl². sive sl^{em} i. e. cod. evv. Remensis cel. s. X. a Silvestro (1843) et Hanka (1846.) editus: sl³. i. e. cod. act. et epp. Petrop. s. XIII.

Ad actus et epistulas: sl¹. lectionarium idem quod sl¹. in evv. sl². cod. membr. a. 1220. bibl. Synod. nr. 6. Continet plures Pauli epp. cum comm. patrum. sl³. lectionar. ex act. et epp. membr. saec. XII. Synod. Accedit proxime ad sl¹. sl⁴. lectionar. ex act. et epp. membr. a. 1370. bibl. Synod. Vix discrepat a sl¹. et 3. sl⁵. chart. saec. XV. Continet act. epp. cath. et Paul. Recensionem mediam habet. sl⁶. chart. bibl. Synod. nr. 620. N. T. excepta apocalypsi. Consentit cum sl⁷. sl⁷. chart. circa a. 1648. bibl. acad. Petrop. A recensionem media codicum 5. et 8. differt additamentis aliquot. Est recensio postremae proxima. sl⁸. apostolus integer bibl. Caes. Vind. 101. Iam ab Altero excussus. Recensionis mediae, paulo recentioris quam sl⁵., in multis emendatioris. sl⁹. membr. saec. fere XIV. lectionar. ex act. et epp. monasterii Resurrectionis prope Mosc. Continet antiquam recensionem edd. 3. et 4. sl¹⁰. codex Alexii idem qui sl¹⁰. evv. sl¹¹. membr. saec. fere XV. Venet. S. Marci, nr. 627. Apocalypsis post ev. Ioh. posita. Continet recensionem Servicam s. Danubianam, paulo tamen recentior. quam sl⁵.

Ad apocalypsin: sl¹. cod. biblior. a. 1499. bibl. Synod. Non collatus, sed ex eo sl². et 3. fluxisse vdr. sl². chart. a. 1558. Synod. Divisa est apoc. in 24 sermones et 72 capp., textu ex comm. Andreae desumpto. Priora capp. collata. sl³. chart. biblior. Synod. Idem cum sl². et totus coll. sl⁴. chart. S. Synod. cum comm. Andreae. Aliam recensionem quam sl². et 3. continet magisque ad sl¹⁰. accedit. Tamen est ex altera versione Slav. et edd. Gr. recentior. interpolatus. sl⁵. chart. S. Synod. nr. 605. cum comm. Andreae, eiusdem recensionis cum sl². et 3. sl⁶. est editio biblior. a. 1663. cum textu Ostrog. a. 1581. (a Matthaeio descriptus, sed Matthaeium varie taxat Dobrowsk.) sl⁷. est Nov. Test. quod prodiit Moscuae 1783. Retinet saepe textum antiquarum edd. sl⁸. editio biblior. Mosc. a. 1759. Nil differt ab edd. emendatioribus quae post 1751. prodierunt. sl⁹. ed. biblior. Mosc. 1778. Eadem quam Matthaeius contulit (cuius ed. erat anni 1762.) sl¹⁰. codex

Alexii. Textus apocalypsis castissimus. sl¹¹. cod. N. T. Venet. idem qui in act. et epp. sl¹¹. Convenit inprimis ut videtur cum sl³. In Servia aut Bulgaria scriptus.

Saxonica sive **Anglosaxonica** (sax.) Octavo fere saeculo facta putatur, et quidem non e Graeco sed e Latino. Londini in thesauris Mus. Brit. monstratus mihi est evangeliorum codex Anglosaxonicus cum interlineari versione Latina, qui ipse octavi saeculi esse videbatur. Evangelia tantum edita sunt; nec videtur aliud quicquam aetatem tulisse. (Cf. Usserii hist. controuv. de scripturis vernaculis.) Equidem usus sum editione Benjamin Thorpe, quae hoc titulo prodiit: *The Anglo-Saxon version of the holy Gospels, edited from the original Mss. by Benj. Thorpe. London 1842.* In commentario ita versatus sum ut minus attenderem Saxonica lectionem ubi cum *Vulgata Clementina* conveniret, illas vero maxime lectiones notare quibus ab ista differret, maxime cum antiquissimis cdd. ut *Amiatino* vel *Fuldensi* consentiens. Cf. *Lc 8, 46. 9, 55. 10, 11. 11, 29. 37. 40. 13, 35. 22, 61. 23, 15.* etc. Quibus locis critico cum studio compositis spero aliquid lucis allatum iri in origine et aetate versionis Anglosax. indaganda.

Francica (fr) Superest versio Francica evangelii Matthaei, eaque egregie edita est curis I. Andr. Schmeller hoc duplici titulo: *Evangelii secundum Matthaem versio Francica saec. IX., nec non Gothica etc. Das Evangelium des heil. Matth. in Hochdeutsch des 9. Jahrh. aus dem St. Galler Cod. der tatianischen Evang.-Harmonie zusammengestellt etc. 1827.* Videbatur mihi non indigna esse quae passim respiceretur.

C. SCRIPTORES ECCLESIASTICI.

Ad tertium subsidiorum criticorum genus pervenimus, in scriptorum veterum de textu sacro testimoniis positum. Haec testimonia si certa sunt, magna auctoritate valent. Inprimis quae quattuor priorum saeculorum homines in codicibus suae aetatis invenerunt, antiquitatis laude codicum nostrorum fere omnium lectiones superant. Sed videndum est ne specie antiquitatis fallamur. Plurimorum enim patrum opera, iis maxime locis ubi scripturam sacram excerpserunt, nondum eam qua opus est editorum nacta sunt diligentiam; neque ex ipsis codicibus, quorum

pauci decimum saeculum antecedunt, ubique fidenter antiquissimus textus restitui poterit. Tamen ne plus quam volumus dixisse videamur: non enim iis assentimur qui ex patrum editionibus ut nunc habent plerisque multum in rem criticam utilitatis redundare negant. Ipsi haud pauca collegimus quibus probatur, saepissime quo textu veteres utebantur, eum egregie conservatum videri. Neque id tantum ad lectiones valet ab illis commentario tractatas aut aliquo certe modo illustratas: quas quidem omnium maximi faciundas esse in promptu est. Sed etiam quae textus instar continui inserta leguntur commentariis eorum, ut Chrysostomi, ut Cyrilli, ea saepe laudabili fide transcripta sunt, quamvis nec desint quibus probetur contrarium. Qua in re magni momenti est vetustissimum - sexti enim haud dubie saeculi est - illud homiliarum Chrysostomi exemplar nuper a nobis Guelferbyti excussum et quinto Monumentorum sacr. volumini destinatum: in quo non minorem gravitatem habent quibus textus ex edd. multo recentioribus editis confirmatur quam quibus emendatur. Praeter dubiam vero editorum fidem usus patrum difficultatis hoc habet quod ipsi scriptores veteres multos bibliorum locos parum accurate afferunt. Qua in re interest utrum Origenes criticorum ille in antiquitate princeps vel Eusebius diligentissimus scriptor testentur, an Chrysostomus vel Gregorius Nyssenus, disertissimi oratores. Nec perinde est locum aliquem obiter respici vel in oratione sacra adhiberi, ac si curiose in commentario exponatur vel ad usus polemicos exscribatur. Quapropter caute distinguendum est inter ea quae revera illi testantur et quae tantummodo testari videntur atque denique quae pro usus licentia vix ullam auctoritatem habent.

Propria difficultate laborant quae ex geminis evangeliorum locis afferuntur non adscripto evangelistae nomine. Quae si libere vel etiam memoriter afferuntur, facile fit ut altera cum alteris confundantur. Passim vero quis ex evangelistis respiciatur, propter ipsam textus sacri varietatem dubium est. Potest enim et hic et ille exscriptus credi, prout textum singulorum habuisse credimus. De locis eiusmodi dubiis multa notavimus in schedis nostris, maxime ubi ipsi ab aliorum iudicio discessimus. Sed nunc satis erit indicasse, cum in his tum in universis veterum locis adhibendis magnam a nobis cautionem adhibitam esse, quamvis hoc nobis non arrogemus ut ubique rectam vidisse credamus. Ceterum iam supra diximus nondum id a nobis prae-

stitum esse ut singulos scriptores plene excuteremus; ibidem iam de singulorum locorum notatione dictum est. Ceterum eos locos, qui plene vel ex parte in commentario exscripti sunt, inprimis gratos fore spero.

A. GRAECL.

I. Ex tribus prioribus saeculis.

Per haec in re critica principatum tenent Clemens Alexandrinus († 220.), Origenes (n. 184. † 254.), Irenaeus († 202.) Et Clementem (Clem) et Origenem (Or) inprimis duce Griesbachio in *Symb. crit.* (vide supra XCVIII) adhibuimus, sed etiam opera eorum edita, Clementis a Pottero et Sylburgo (fragmenta aliquot a Gallandio), Origenis a Car. Vinc. de la Rue, saepe consulimus. Atque in Origene quidem quae veteris Latini interpretis sunt (Or^{int}) quum Griesbachius non excerpisset (qua in re Griesbachium Lachmannus secutus est), fere ubique ex ipsis operibus hausimus. Irenaeum vero (Ir: Ir^{int}, Ir^{ext}), cuius celeberrimum contra omnes haereses opus praeter magnas libri primi partes ab Epiphano exscriptas fere non superest nisi ex veterrima interpretatione Latina, ubique consulta novissima Adolphi Stieren editione Lipsiensi dedimus. Ceterum ad horum patrum nomina rarissime accuratiorem loci notationem adposuimus, quoniam editiones egregiis indicibus instructae sunt.

